

V. 66. n. 2.

Q. D. B. V.  
Rectore Academiae Vitembergensis  
Magnificentissimo

11

Serenissimo Principe Regio ac Domino  
DOMINO

FRIDERICO AVGVSTO

Electoatus Saxonici Herede &c. &c. &c.

RES MEMORABILES

1807  
7a

Per antiquæ Saxonum urbis  
JVTREBOCI

PRAESIDE

CONR. SAM. SCHVRTZFLEISCHIO

P. P. & H. T. O. d. Phil. Decano

Disputatione historica recenset  
Auctor & Respondens

M. GOTHOFREDVS HECHTIVS, Jutrebocensis,

xvi. Kal. Majas A. O. R. cmlxxvii.

In Auditorio Majori

H. L. Q. C.

Vitembergæ Saxon. Literis HAKIANIS.

VITTEMBERGÆ  
EX OFFICINA SCHLOMACHIANA. 1735.

Δ



2  
SCRIPTORES RERVM

---

Viris

*Nobilissimis. Amplissimis. Consultissimis. Prudentissimis. que.*

DOMINIS.

CONSVLIBVS. SYNDICO. PRAE-  
TORI. CETERISQVE.

Ordinis. in. incluta. Jutrebocensium. Re. publica. Collegis. & patriæ. urbis. Patribus. ætate. doctrina. meritissimæ.  
Gravissimis.

Dominis. Patronis. Fautoribus. ac. Evergetis. summo. Honoris. &. Observantiæ. cultu. maximopere. prosequendis.

Præfens hoc in memoriam patriæ monumentum.

ad. testandum. pro. beneficiis.

in. sc. collatis. gratam. mentem. solemnem veterum formula

D. C. Q.

M. Gothofredus. Hechtius.

Auctor. & Respondens.

---

§. I.

**T**antum & tam sanctum, apud omnes quondam gentes nationesque, nullo non tempore nomen patriæ habitum fuisse, accepimus, ut non rerum modo, præclare in egestarum, commemorationem non dimittendam prorsus, sed cum omni posteritate adæquandam, imo etiam, pro tuenda illius salute ac dignitate, præsentissima mortis pericula haud fugien-

gienda existimarint. Hoc magis ingenuum quemque & bonum civem decet, studium operamque omnem conferre ad gloriam patriæ & laudem sermonibus literisque celebrandam. Quibus ego rebus ipse inductus, pro singulari in patriam amore, constitui, res illius memoria dignas, & eas quoad mihi exploratae sunt, in lucem nondum editas, commemorare, quippe qui committere nolim, ut mea quoque cessantis culpa diutius lateant, tandemque, nisi mature in conspectum proferantur, penitus obliterentur. Quod quidem negotium non invitus suscepi, praesertim, cum Amplissimis Patriæ urbis Patribus hunc meum conatum minime displiciturum, credam.

§. II. Est igitur JVTREBOCVM, de qua in praesentia pluribus agam, Urbs antiquitatis laude praestans, loco peropportuno in Saxoniz finibus ad Adam, fluvium, a) quod moenia alluit, ex tructa, quarto Vitemberga lapide distans, ex qua brevi tempore in Lusatiz, Marchiz Brandenburgica, inferioris Saxoniz, Misnizque, fines excurrere licet.

§. III. Etsi autem non desunt, qui primordia illius ante ipsum Servatoris natalem, monumento quodam inducti, collocanda, putant, b) nos tamen, in re tam dubia nihil pro certo ponendum arbitramur.

A 2

§. IV.

a) Conf. Abraamus Ortelius in Theatro Orbis terr. sigillatim de Marchionatu Brandenb. Mart. Zeilerus in tract. de X. Circulis Imp. Romano German. tit. 5. p. 344.

b) Hanc sententiam tueretur M. Andreas Angelus, Strutio Montanus, Marchicus, in libello M. S. quo annales Urbis meae patriæ complexus breviter est, cui inseruit verba monumenti alicujus, quod in Cœnobio Leinensi vidisse se, memorat, & conditam Urbem, si non ante, tamen haud multo post natum Servatorem, inde conjicit, quod in antiquis, Livii iudicio, vero similia pro veris sint accipienda. Ceterum verba monumenti ita se habent: op-

§. IV. Diversa porro & varia inter nostrates est sententia, quæ & quanta Urbs patria ceperit incrementa. Sunt qui existimant, ut alias, ira nostratem quoque urbem, ex finitimis pagis in unum quasi corpus coaluisse. Alii contra Wichmanno, libertatis patriæ instauratori, ea, nec præter rem, vindicare malunt. c)

## §. V.

oppidum vetus Brennobyrgum, nec non adjacentia & finitima loca, ad ortum vergentia, usque ad JVTREBÖGAM, a Semnonum Ducum tempestate, & ante Christi natalem, in flore fuisse, illasque urbes ab iis conditas esse, omnes fide digni Historiographi constanter autumant; Quod etiam ex numismatis & insigniis plane liquet, &c. Item prope sentire videtur L. Jo. Fridericus Scultetus, reipubl. Jutrebocensis quondam Consul meritisimus, in luculenta oratione, qua Augusto, Duci, novum Ducatum Saxo-Querfurtensem Civitatis nostræ nomine A. MDCLXV. gratulatus est, qui illud, quod protuli, monumentum certe dignum habuit, quod publice recenseretur. Nos vero nec quicquam certe de his statuere possumus, propterea quod, Germanos veteres, bellandi cupidos, certas eo tempore sedes non habuisse, sed singulos eas in annos mutasse, antiqui scriptores docent. Vid. C. J. Cæsar B. G. L. VI. C. 21 & 22. Tacitus de moribus Germ. Cap. 16. & Henr. Bangerus in notis ad Helmoldi Chronicon. Slav. pag. 8. sqq. Non tamen dubitamus, quin locus urbis ab Suevis Semnonibus cultus fuerit, utrum vero, antiquissimis retro temporibus, Urbs, an vicus, an pagus fuerit, ignoratur. Multos autem pagos, ut hodie sunt, majorum superasse oppida & urbes, constat, etsi fossis & vallibus, moenibus atque aggeribus, sicut nunc apparet, circumdata nondum fuerit, nihilo tamen fecius vicum magis, quam pagum, magnitudine creditur adæquasse. Quam in sententiam legendus est Scultetus in Oratione Laudata.

c) Sex illos in vicinitate pagos Andr. Angelus dicto loco nominat, ut Luikubocam, Boernicenam, Broizium, Peter-Slatowizium, Studenzium

S. V. Quamvis vero hæc nihilo certiora, quam, quæ de origine a me scripta sunt, videantur, perindetamen erit, utrum quis ab Semnonum, an a Wichmanni, ætate repetat Urbis nostræ incrementa. Ad Semnones enim Svevos, aut potius ad Sorabos, eorum successores referri ea oportere, tot urbium nomina, & cum primis vestigia linguæ Slavonicæ apud nos, hodieque testantur. d) Maxima vero illorum pars Wichmanno uni

A 3

debe-

& *Heinrichsdorssum*. Neque rusticæ tantum gentis homines, sed nobiles etiam, illatis secum opibus, cuna omni apparatu reddituum, pensionum & censuum, metu hostium, quæ in Saxoniam fiebant, irruptionum permotos, eo commigrasse, fedesque ibi suas constituisse, idem *Angelus*, ex eoque *Scultetus* dicto loco firmat. Qui vero ea Wichmanno tribuunt, eundem, expulsis Slavis, alios colonos in hanc regionem deduxisse, tradunt, ex quo deinceps tempore in majorem incolarum numerum creverit, insignioresque successus habuerit, & in dies floruerit magis. Quorum legendi sunt *Pomarius* in Chron. Magdeb. P. I. f. 269. edit. *Vitemb.* c. 101. lxxxix. *Angelus* & *Scultetus* li. cc.

- d) Semnones Svevos primos urbis patriæ incolas fuisse, *Albinus* Chron. Mith. P. I. f. 42. 58. & 175. eos inde a Magdeburgo usque omnem tractum Jutrebocensem, Vitebergensem, partem item Marchiæ Brandenburgicæ, Misniæ, Lusatiaque, occupasse, testatur. Cui addo & *Claverium* in *Introd. in Geograph. L. III. C. 2. n. 1.* & *C. 3. n. 5.* & *Jo. Frid. Henelium* in *Notis ad eundem*. De migrationibus Slavorum in Saxoniam *Matth. Dresserus* de *Vrb. Germ.* p. 46. sq. pluribus commemorat, nec incommode, Slavonicæ gentis vestigia ex familiis, oppidis & pagis, quæ reperiantur apud nos, cognosci posse arbitratur. Solenne vero imprimis huic erat populo, urbium appellationes idolorum, quæ ipse venerabatur, nominibus accommodare, iisque dedicasse, quemadmodum præter Jutrebocum, de Magdeburgo, *Servefta*, *Bricena*, *Zernebo* eo, *Flinio*, *Belziga* sive *Belticio*, & reliquis numero plurimifcriptores confirmant.

debetur, quippe qui pulsus ab Henrico, Saxone, Albertoque Brandenburgico, Slavis, novas, quod paulo post dicam, colonias advexit.

§. VI. Atque hæc de origine urbis patriæ, sufficiat, in præsentia attulisse, nanc, de cultu quoque & religione Slavorum nonnulla, pro instituti ratione, breviter exponam. Qui quidem etsi literarum alioquin expertes plane fuerunt, superstitioneque simulacrorum cultui plus iusto dediti, e) tamen nihilominus vitæ morumque integritati ita studuerunt, ut apud eos plus boni mores valuerint, quam alibi bonæ leges, id quod in primis de Germanis Tacitus affirmavit.

§. VII. Ceterum huic sese populo adjugebant Druides, Sacrorum administrari, & religionis munia obire soliti, sacerdotum in republica ordinem constituiebant. Hi enim relicta Gallia, in Germaniam Majorem demigrabant, tantumque apud Semnones Suevos auctoritatem & splendorem vestitu plane singulari doctrinæ suæ conciliabant, uti præter sacrificia, quæ præcurabant, de omnibus quoque controversiis sententiam dicerent, atque

e) Literarum secreta viros & feminas ignoravisse, rerum Slavicarum annales docent. Idem illud de Germanis tradit Tacitus de M. G. C. 19. & multis post eum seculis, Dresserus de Urb. Germ. p. 66. Præterea idolorum cultui totos se tradiderunt, uti urbes æque ac pagi peculiare sibi aliquod idolum asciverint, & pro Deo tutelari habuerint, quemadmodum, Martisburgi, statuam Martis, Magdeburgi Partheniam, Brandenburgi Tigliam vel Dianam, Jutreboci Auroram, eos coluisse, inter omnes constat, confer. Pomarius l. c. & Albinus P. I. fol. 150. De antiqua vitæ illorum simplicitate & moribus consulantur Helmoldus Cap. I. Chron. Slav. quique, Slavos dominium, i. e. dominatum, pati non potuisse, ibidem docet, & Alb. Cranzius in Saxon. L. II. C. 2. Dresserus l. c. p. 63. addo & Neuhusium in Theatro ingen. hum. L. I. C. 13.



atque auguriis, partim sagaci ratione & conjectura, freti, instantia prædicerent & futura prænuñciarent. f)

§. VIII. Vix tamen ambigo, quin a posteris Japeti, doctrina salutari mitigatis, verus Dei cultus in Svevorum Semnonum, &, qui his successerunt, Soraborum, terras, atque has adeo regiones delatus, ac magis deinde propagatus fuerit, cum viri, ab Danubio per Moraviam Bojemiamque profecti, erudiendis majoribus operam darent, famamque religionis Christianæ diffeminarent, quo tempore antiqui Saxones adhuc impiis superstitionibus

f) Druidas e Gallia in Germaniam pervenisse, ex antiquis Cæsar B. G. L. VI. C. 13. sqq. literis consignavit. Gallico sermone usos, constat ex Lampridio in Alexandro Severo Cap. LX. Ex recentioribus confer. Stephanus Forcatulus, & Dresserus de Urb. Germ. p. 6. Quod ad leges Druidum attinet, Jo. Lupus, Hermansgrunensis, auctore Andr. Angelo, commemoravit, tabulam quandam ex plumbo confectam, in agro Cygneo sive Zuicavicensi sub arbore fuisse repertam, his legibus incisiss, Apollinem colite, leges patrias non transcendite, silentium amate, mandata sollicitè servate, & mox *Δυρβαλεῖς Δρῦιδων μέγιστος*. Vid. Angelus l. c. Germanos veteres Græcæ linguæ haud ignaros fuisse, vel inde patet, quod Cæsar B. G. L. I. C. 29. refert, tabulas, litteris Græcis conscriptas, in castris Helvetiorum repertas, & ad Cæsarem perlatas. Quamvis alii negent, Druidas Græcè scivisse, &, Græcas quidem literas usurpasse, Cæsaris auctoritate adducti, fateantur, sed Græca oratione usos fuisse, insufficienter. Vid. Jo. Godvinius in notis ad Cæsaris Lib. VI. C. 13. ubi de sacris Druidum, deque disciplina eorum, & vitæ institutis agit. Litteras Græcis similes habuisse, Schedius de diis Germ. Syngr. 2. C. 18. probat. Quorsum conf. Præsidis Disp. de Druidum veterum institutis, qua totum hoc argumentum copiosius pertractatum deprehendas. Dresserus, per occasionem hujus argumenti, tempus, quo literæ in Germania coli coeptæ fuerint, definit,

onibus dediti erant, qui demum auspicio Francorum ad Sacra traducti, ferociam exuerunt. g)

§. IX. Sed tantas suscepta semel superstitione radices egerat, uti nulla se ratione dimoveri ab ea paterentur, & aliunde nullum, nisi, quod oculis cerni manibusque tangi poterat, auxilium proficisci existimarent. Quemadmodum igitur alii alios, sic patriæ urbis incolæ AVRORAM h) Dei nomine, coluerunt, quod ipsum adeo idolum civitati antiquæ, & in fines justos descriptæ, nomen dedit. hh)

§. X. Itaque eorum opinio fabulis annumeranda est, qui

g) Japerum, Noë filium, Asiam minorem & Europam incoluisse, atque omnium Europæ populorum, & Germanorum quoque, & Semnonum pariter, ac Soraborum, patrem fuisse, omnes consentiunt & probant. Vid. Albinus, f. 16. Henricus Erfordiensis, Albino f. 132. 133. 138. teste refert. *Eucharium* & *Egistum* a Petro Apostolorum Principe, in Germaniam ad veram eamque a Christo traditam, doctrinam omnibus in terrarum orbe hominibus annunciandam emissos ad Semnones etiam Suevos venisse. Egistum tandem, ubi Bardevicum perrexisset, cum Mariano, itineris socio, martyris palmam tulisse, ejus ibi extare monumentum, scribere non veretur. Illud sane pro vero affirmandum jam est, ultimis patriæ temporibus de vera Dei religione in nostris finitimisque terris aliquid percrebuisse.

h) Semnones Suevi fano quodam, ad farnum publicum *in foro novo*, quod dicitur lapideo extracto, cujus fenestra, ut fama tenet, ad ortum Solis spectabant, *Auroram* coluerunt, frequentesque eo in loco venientem Deum expectarunt, quem tamen sæpius iratum infestumque sibi rebantur, maxime cum faciem purpuream, ut fieri solet, coelo non albente, intuentium oculis penitus negaret, id præter Annalium documenta, ab *Angelo* congesta, docet Sculterus l. c.

hh) Patriæ urbis appellationem, quoniam primi incolæ *Auroram* ibi inve-

qui, verum urbis nomen a *Jutta Brandenburgica*, ejusque capro, i) deducendum, putant, alii contra ab *Juttivoggo*, Principa quodam Slavo, Borzirogi, Obotritorum regis, nepote, arcessendum, contendunt. ii)

B

§. XI.

invocarunt, Melanchthonem a duobus Slavicæ linguæ nominibus, altero *Jutte* h. e. *Aurora*, *Bog* sive *Bogy* altero, i. e. *Deo* quasi *Aurora Deo*, *Deo Matutino*, etiam *Morgen-Gott* oder *Früh-Gott* derivasse, Pomarus commemorato loco, f. 32. & Matthias Drefserus Chron. Sax. f. 32. edit. Vitemberg. MDXCVI. scribunt, quod veri simile sit, gentes hujus regionis ante susceptum Christianismum *Auroram* invocasse ac Deum. Eam in rem multa, & infinita meo accommodata, uno velut fasce complexus est Scultetus I. c.

- i) Vulgo narrat illi, qui a *Jutta* Urbis titulum repetant, in *fore novo*, urbe nondum condita, fuisse diversorium, quo caprum hospita aluisset. Hinc alter peregrinus ab altero, in quemnam divertere locum cogitaret, querenti respondisset: *Apud Jutta caprum*, indeque in proverbium illud abiisse. *Jutta* ipsius & capri imagines, in fenestra D. Nicolai ædis, cum cantharo depictæ conspicuntur.
- ii) Qui diversam tuentur sententiam, *Juttivogum* suam, dicunt, in moenibus, circumducendis Vrbi operam præstitisse, primumque cum Vrbs condita coepisset, lapidem iecisse, suoque insigni, quod caprum gesserit, civitatem ornasse, unde etiam *Nandine Caprina*, quotannis celebrari solita, originem traxerint. Videatur Angelus I. c. Fabulam, quæ de capro *Jutta* circumfertur, dudum & merito Petr. Albinus Chron. Misn. P. I. f. 150. improbavit, cujus verba hæc sunt: „Zernebog ist so gut, als Ichvvarzer Gott, gleich vwie *Jutterbog* Morgen-Gott, da man ohne Zvveiffel auch einen solchen Abgott, vvelcher vielleicht Aurora ge vvesen, ge. chret, daraus denn zu mereken, das es eine lauter Fabel, vvas daseibst von der *Jutta* und ihren Bock gesagt vvirtd.“ Conf. etiam Erpaldus Lindenbrogius in vita Caroli M. p. 76. b. ed. Hamb. MDXCIII. Cum his consentit etiam El. Schedius, eam-

§. XI. Magna etiam inter eruditos dissensio est, quidnam  
Jutre-

que opinionem nec commemoratione quidem dignam putat, Cap. XIII. eoque ultimo de Diis Germ. Add. D. Joh. Petr. Ludovicus Disp. III. de Idol. Slav. Omnem hanc historiam, elegantibus, nec dum editis, versibus compressam a Petro Albino, cum L. B. communicabo:

Quod Jutreboga gerit, fatale est nomen & amplum,

Ex *Henetis* tractum vocibus omen habet.

Namque *Deum Auroræ* sonat *Auroræque* dicata

Ethnica, conjicimus templa fuisse *Deæ*

De *Capro Jutta* fingunt vulgata minores

Nomina, at historiae rectius ita docent:

Certum est has *Henetis* habitatas gentibus *oras*

Esse diu, & fictis sacra peracta diis.

Donec eos bello Christi sub ovilia traxit

*Wichmannus*, Præsul, *Parthenopyrga* tuus.

Et ceu, vicinis, *Heneta* esse vocabula, constat

Urbibus, haud alio est hæc quoque dicta sono.

Nec ratio non ulla subest, *Aurora* *Camoenis*

Tempora successu præbet amica bono.

Sic hæc non tantum ingenuis præstantibus ampla

Urbs, doctosque creat, nutrit & alma viros.

Sed quoque *Pieridum* cultoribus æqua benigno

Hospitio, doctis semper amica fuit.

Præsertim exulibus non aspera sedis iniquæ,

Nam passa est nimium fata superba diu.

Ergo quis *Auroræ* postponat nomina *Capro*

Omnia cum pulchris viderit apta notis?

Viderit & vulgi instabilis commenta refelli

Innotis balibus simplicis historiae

O cives, cives, memori ista revolvite mente,

Et status incolumis posteritatis erit.

M. Petr. Albinus, prid. Cal. Maji A. cior. lxxvii.

*Ditmarum* in *Chron. Martisb.* p. 14. edit. Mader. præter no-

Jutreboci nomine intellexerint primi urbis conditores. Alii namque, Luciferi illud apud Slavos fuisse nomen, dicunt, alii, Auroram ne, an Luciferum, qui Venus quoque appellatur, coluerint, nescire se fatentur. k)

§. XII. Quicquid hujus sit, Auroræ nomine Solem Slavos coluisse putaverim, quandoquidem, communi historicorum consensu Germani veteres haud alios Deorum numero duxerunt, quam, quos contueri oculis potuerunt, utpote Solem, Vulcanum, Lunam, quos religioso in primis honore affecerunt. l)

§. XIII. Non alienum ab instituto, duxi, afferre huc vocabula, quibus Urbem veteres insigniverunt. A nonnullis *Jutrobocum*, ab aliis vero *Juterbocum*; ac *Juterboca*, vel *Jutroboga*,  
B 2 quin

men Urbis nihil commemorare, bene observavit D. Ludovicus in prædicta Diss. Dresserus eam, quod valde miror, in lib. de Vrbr. German. plane omisit.

- k) Luciferum adorasse eos, opinatur D. Ludovicus Dissert. III. de Idol. Slav. Pomarius vero & Dresserus, dictis sæpe locis, de his nihil certi pronuntiare audent.
- l) Ita de cultu Solis, apud omnes gentes nationesque recepto, copiose disserit Præses noster §. 21. sq. Diss. de Cultu ignis, &c. Germanos præcos numina, quæ nominavi, coluisse, Cæsar B. G. L. VI. c. 21. commemorat, post Cæsarem Tacitus, Mercurium quoque a Germanis cultum, Herculem porro & Martem ab illis placatum, scribit de Mor. Ger. Cap. IX. Quibus ego adductus rationibus, facile affirmaverim, Semnones Suevos juxta ac reliquos Germanos in bellis perinde gerendis, atque in sacris procurandis, communem gentis morem esse secutos. Crantzius idem hoc testatur de Vandalis, Saxonum jura adeptis, qui se Christianorum sacra amplexuros, promiserunt, sed fidem datam sæpe numero violarunt. Vandal. Lib. IV. c. 25. & 31. Verum gravis & ingenuus scriptor Vandalos ibi cum Venedis Slavisque per incariam confundit.

quin & *Jutrebocum*, nominatur. Antiquioribus nonnunquam *Belbocum*, m) sed minus probe, legitur appellatum. Ingenio linguæ Latinæ magis convenit, & scriptoribus, a nostra ætate remotis, usitatus est *Jutreboci* nomen. Germanico sermone *Gut-zerbach* & *Jüterbuck* ab aliis *Jutrebogck*, mm) at perperam effertur,

m) *Jutrebocum* ab aliis vocari *Belbocum*, Schedius loco citato memorat, alii tamen, & post hos D. Ludovicus, dicto loco, existimant, *Jutrebocum* recte distingui a *Belboco*, quod sub illo Auroram, sub hoc bonos Deos in univ. coluerunt. Quo etiam digitum intendit *Helmoldus* in *Chron. Slav. L. I. C. 52. § 2. p. 125.* quando plures Deos bonos, i. e. *Belbocos*, plures itidem malos, sive *Zernebocos* apud Slavos fuisse, admonet, qui tamen singuli propriis denuo nominibus distincti erant.

mm) Qui cum CK efferre cupiunt, sententiæ suæ ab *Juttæ* fabula prælidium petere videntur. Insignia, quæ hodie habentur, Civitatis nostræ recentiori cuidam ingenio deberi, existimare possis, propterea, quod caper iste, quem insigne præfert, ad fabulam *Juttæ* propius accedit, repugnante prioris ipsius oppidi hujus appellatione, e *Soraborum* potius, quam *Saxonum*, aut *Germanorum*, sermone deducenda. Cum vero antea non caper solum, sed & homo ferus, dextera clavam gestans ab uno insignis latere, ab altero autem ejusdem notæ femina sinistra scipionem tenens, & qui prior nominari debebat, D. *Mauritius* cum vexillo cultuque militari, altiori ceteris collocatus loco, conspiceretur, hodie solus fere caper instar omnium est. Epigramma sequens in Urbis insignia a *Benedicto Heinemannno*, Scholæ quondam Collegæ, conscriptum, ab oblivione asseruit *Frideric. Dionysius* in *Antiqu. Jutreboc.* MSS.

Signa vides Urbis, quæ *Jutrebocia* dicta est,  
Sed hæc inanes hos feritate viros,  
Nam fuit hæc olim sine legibus ora, nec, ut nunc, iustæ potestatis.  
Postquam culta fuit, moribus æqua bonis,  
Barbaries dominata viris, idolaque culta,  
Semper fictitios atque habuere Deos,

tur. Rectius autem & primorum Linguae incolarum propius, meliusque *Juterbog* scribendum, §. IX. demonstravi.

§. XIV. Progredior ad ea, quae ad emendationem religionis populi hujus spectant, persequenda. Hac vero etsi jam ab Carolo M. regnantibus Carolingis, coepit, & paulatim introducta, magisque deinceps amplificata, tum ab Henrico, Saxone, cui Aucupis cognomen est, hujusque successoribus, magno & laudabili exemplo, constitutis passim sacerdotiis, & continuata, non tamen diu res quietae fuerunt, nec status religionis semper idem permansit, cum partim ipsi a divinare cultu rursus deficerent, partim ab aliis ad novos ritus mutandos sollicitarentur. n) Henricus tandem Leo, Venedis fortiter ejectis, Frisones & Saxones, Westphalosque in eorum sufficit locum, Albertus vero Vrsus in hanc vicinamque regionem Belgae, Flandros, sive ut nostrates

B 3

tes

Postmodo paganis *Wubmannus*, Episcopus, ipsis

Immunesque domos, juraque certa, dedit.

Nunc posita, feritate sua cognoscere verum

Coepere & Christum, numina vera colunt.

n) Ante hos Rex Germaniae Henricus Auceps duram atque inculturam gentem domuit, & ad Christianam mansuetudinem inflexit. Praefecturae sacrorum & sacerdotia, ab Ottone M. Henrici Aucupis filio, constituta, speciatim Episcopatus Misnensis, Merseburgensis, Cizensis, Brandenburgicus, Haverbergensis: tum vero Magdeburgum, Archiepiscopi dignitate auctum, Sorabis Sjavique metropolin statuit. Vid. Helarold. Chron. Slav. L. I. c. 11 & Henr. Bangertus in not. ad h. loc. Crantzii in Vandal. L. II. c. 30. Ab aliis vero ad mutandos in religione ritus impulsus, idem docet ibid. L. III. c. 5.

an) Oppida quae a Belgis nomina tulerunt, sunt *Kemberga*, *Niemegis*, *Bruga*, & *Yperæ*, pagos. Id quod vestigia enim linguae Belgicae, apud nos, ut mea opinio est, ostendunt. De tractu Flemmingensi idem affirmat Andr. Sennertus in Athen. Vitemberg. p. 3-

tes vocant, Flemmingos, adduxit, a quibus omnis provincia hujus tractus *Flemmingensis*, multæ item civitates sunt appellatæ. nn)

§. XV. Quicquid igitur *Jutrebocum* habet, Wichmanno, secundum Deum, unice acceptum illud refert. Præterquam enim, quod ex hostium manibus erepta Magdeburgicæ Metropoli subjecit, ædificiis, & turribus extractis, privilegiisque & beneficiis, quin & immunitatibus, quibus Magdeburgum fruitur, Civitatem nostram donavit insigniter & locupletavit. In quam postea multos ex agris, belli timore percussos, sedem rerum suarum omnium ac fortunarum transtulisse, annalium conditores tradunt. o)

## §. XVI.

o) Wichmannus, libertatis patriæ meæ Vindex & instaurator, illustri alioquin Inter suos loco natus Seeburgi in Boiis est, Patre quidem comite, matre autem Mechtilda, ex Marchionibus Misnie oriunda. V. Pomar. f. 268. 288. Antea Martisburgensis, & Numburgensis Antistes, postea, auspicio Friderici Aenobarbi, Imperatoris, Metropoli Magdeburgicæ cum dignitate Archiepiscopi impositus. conf. Auctor Chron. Montis Sereni, p. 26. 27. & in primis p. 58. ubi de vita ejus atque obitu pluribus agit. Post eum Albertus Cranzius Metropol. L. VI. Cap. 35. *Jutrebocum* ditioni Archiepiscopatus subjecit, quemadmodum tradunt Pomarus f. 269. & Andr. Wernerus in Vita Wichmanni, cuiusnam vero, & quo sigillatim anno, eam eriperit, non exprimit, persuasum tamen plerisque, nec a vero alienum est, Henricum Leonem, qui a Friderico Aenobarbo hostis imperii indicatus fuerat, eam ante hac tenuisse. Absente post Imperatore, Vrbes, quæ ab ipso defecerant, impressione facta, solo æquasse, & *Jutrebocum* vastasse ac diruisse, in hanc rem scripsit Auctor Chronici Montis Sereni ad An. MCLXXIX. Slavi Lithevizen & Pomerani, vocatione Ducis Henrici, provinciam *Juterebeck* invaserunt, ipsaque vastata, & multis interfectis, plures captivos, viros & feminas, abduxerunt. Abbas etiam Monasterii, quod Zinna



## §. XVI. Varias ergo vicissitudines habuit, &amp; modo ab Archie-

dicitur, qui & primus, tunc fuit interfectus. Henricus Dux, Calve & inde provinciam totam usque *Vrose*, incendio vastavit. Eandem biennio post, testibus Pomario f. 279. & Spangenbergio Chron. Querf. p. 268. cum Halberstadio & Ascania sive *Ascherlebio* & Calba eodem Duce, experta fortunam est, cum Imperator, a quo proscriptus erat, cum socio expeditionis Archiepiscopo, armis ipsum persequeretur. Post id tempus *Wichmannus* urbem nostram, e ruinis instauratam, immunitatibus & privilegiis sane egregiis, auxit, in quibus præter cætera, id quod sequitur, memoria dignum, existimamus: *Wichmannus*, Dei gratia, sanctæ Ecclesiæ Magdeburgensis Archiepiscopus, & ut diligentia, & bona voluntas nostra, quam ad ædificandam provinciam Jüterbuck habemus, fructuosus & liberius proedat, & ut ejusdem voluntatis nostræ effectus erga incolas ipsius provincie, & specialiter erga omnes habitatores ejusdem appareat, ea propter notum esse volumus, tam futuris quam præsentibus, quod civibus de Jüterbuck, & omnibus eorum successoribus, libertatem illius juris donavimus, quo civitas Magdeburg fruitur & honorata est. Et, ut pietas gratiæ nostræ plenius se ostendat, jus prædictum in hoc eis mitigavimus & melioravimus, ut de distinctione, quam in vulgari VARE appellant, absoluti semper permanent, & ad exemplum & formam juris sui jus civitatis Magdeburgensis habeant. Et si quæ Villæ fori intra Jüterbuck respiciant, & tunc illud formam sui juris habeant. Volumus autem & statumus, ut, quicumque de Magdeburg, de Halle, de Calve, de Borch, de Tubb, pro suis negotiis agendis, Jüterbuck veniant, de Telonio ibi persolvendo liberi existant. Et similiter cives de Jüterbuck in locis prænomatis telonum non persolvant. Verum, cum ad hoc divina gratia cooperante, & ex nostro labore devenit, ut in provincia Jüterbuck, ubi rivus Paganorum gerebatur, & unde Christianis frequens persecutio incubuit, nunc Christiana viget religio, & Christianitatis defensio, & protectio firma & salutaris existat, & Deo imbi in plerisque locis ipsius regionis debita exhibeantur obsequia, ob amorem Christianitatis omnium eorum, qui hanc provinciam ingressi sunt & adhuc ingredi voluerint, cautelam & utilitatem non mi-

Archiepiscopis oppignorata est, modo hostibus in prædam cessit. Multis post seculis ad Duces Saxonie pervenit, & in eorum patrimonium transit, ac separatas deinceps a Metropoli rationes habere cepit, & ad Saxoniam, cum qua ante coaluerat, postliminio rediret. Itaque, cum sæpe mutasset Dominos, Anno MDCXXXV. beneficio Ferdinandi II. Vrbs perpetuo jure attributa est Iohanni Georgio I. Elect. Saxonie, & supremis hujus tabulis ad Augustum, filium, natu secundum devoluta, tum, hoc rebus humanis erepto, successione titulo, ad Iohannena Adolphum, Saxo-Weiffenselfanum delata, & nuper auspicio Leopoldi, Imper. A. MDCLXXXVIII. cum ditione Principatus Querfurtensis conjuncta, atque hujus filio & successori Iohanni Georgio hereditatis jure est relicta. p)

## §. XVII.

*noni studio, quam propria nostra utilitatis fructum, promoveri anhelamus. Unde cum civitas Juterbuck exordium & caput istius provincie existat, merito & ex pio favore nostro, quicquid eis, qui habitant in ea, & ad inhabitandum in ea ad nos confugiunt, honoris & utilitatis conferre poterimus, libenter conferemus. Quam ob rem ne ipsi, quæ eis nunc concessimus, aliquatenus possint inquietari, pascua, quibus frui debeant, in hoc nostro privilegio distinguiamus, & volumus, ut de villa Juterbuck, transulteriorem partem versus Zinne & ultra pontem Flammingerorum, pascua eorum procedant, & ultra occidentalem partem cum Urbis de Juterbuck pascua habent communia. Hanc totius nostræ constitutionis dispositionem firmam & invulsam (inconvulsam) esse volentes, auctoritate privilegii nostri, sub sigillo etiam nostro, confirmamus, adhibitis idoneis testibus, quorum nomina hæc sunt, Sc. Aluum incarnationis Dominicæ 1174. Episcopatus 15. concurrente primo, indictione 12. Datum Juterbuck 3. Kal. Maji. Neque beneficii solum nostram sed coenobii quoque & compluribus ædificiis sacris, de quibus mox dicam, ornavit. Ipsum hunc civilem & arcissimum cum Metropoli nexum, atque, ut vocant incorporationem, Lucius III. Pontifex R. Anno MCLXXXIII. confirmavit.*

p) A. MCCCCLXIII. Theodericus, Archiep. Urbem, diu pignori

S. XVII *Vt in viam, de qua paullo deflexi, revertar, de progressu*

oppositam redemit ac reluit, sicut Pomarius perhibet f. 396. Non multo ita post Anno MCCCXCV. absente Alberto, Archiep. cum Rudolphus III. Saxo, Metropoli infestus esset, Henricus Werbergius, cui summa Archiepiscopatus demandata interim fuerat, cum Magdeburgensibus & Halensibus contra Saxonem profectus, & Jutrebocense oppido in finitima illius loca irruptionem fecit, Niemegam & Belticium, (non Belicium, ut in Chron. Querfurtensi scribit Spangenbergius) devastavit, Rabensteinium incendio foedavit ac prope delevit. Saxo autem praelio feliciter commisso, multos, in his Werbergium quoque, captivos fecit, reliqui, fuga capta, Jutrebocum reversi, crebris excursionibus, Saxonie tractum multum, eodem teste, fol. 435. damni intulerunt. Anno tandem MCCCCVIII. Rudolphus, Dux Afcanius, Gunthero, Archiep. eam dolo intercept. Vid. Cyr. Spangenberg. l. c. L. IV. c. 40. & 48. Hujus sub ditione aliquot etiam annos mansit, quam diutius, si pro temporum statu fieri potuisset, vel maxime ideo retinisset, quod opportune sita est ad vicinorum fines aperiendos & custodiendos. Eam in rem monumentum ex Tabulario Saxon. Secum Andr. Angelus communicatum prædicat, hoc argumento: *Nos Rudolphus, Dei gratia, Dux Saxonie, Angria, Vestphalia, Comes in Brene, Burgravius in Magdeburg, S. R. Imperii Archimarschallus, &c.* notum facimus, quod ad ea, ex quibus fidelium nostrorum civium Jutrebogensium commoditates & profectus surgere, credimus opportunos solite mentis nostræ aciem dirigentes, ipsis duximus provide succurrendum. Volentes itaque, ipsos cives nostros, juribus, libertatibus, ac consuetudinibus, quibus huc usque freti sunt, in antea perfrui & gaudere, atque ab omnibus indemnitatibus & periculis præservare, perpetuoque haberi, sancte promittimus. Testes hujus sunt Viri nostri, fidelis Hermannus de Lodeburg, Vlricus de Maltiz, Albertus dapifer de Brene & alii quam plures fide digni. Hinc diu multumque deliberatum est, quibus modis Vrbs Saxonie superioris regioni & Circulo, quem nominant, annumerari posset. Idem inter Ernestum Saxonem, ejusque filium, Archiepiscopum, est repetitum. Quod reputa-

gressu religionis Christianæ dicendum est, qui ejusmodi quidem fuit, ut constitutis societatibus, magno item numero aris, in qui-

bus

vit Seculo XVI. Augustus El. eaque de causa Vrbe tractumque Jutrebocensem cum oppido & præfectura Gommerensi commutare voluit, quod Acta nostrorum temporum loquuntur. Sed negotium hoc non perfectum, & ab illis impeditum est, qui pro Metropoli steterunt, & nihil ex pristinis finibus mutandum, censuerunt. Non cessavit tamen serenissima Saxonum domus omnia, quæ præstari a vicinis solent, offerre, aliisque vitæ subsidiis Vrbe sublevare. Postremo cum Quæsturis Querfortensi, Burgensi, & Damensi, Jo. Georgio I. El. An. MDCXXXV. contestata Pragæ pace, ab Imperatore Augusto, El. attributa, ac triennio post, Conventu Calbar habito, ab Archiepiscopo ipsi concessa, & in patrimonium addicta fuit. Vid. Martin. Zeiterus l. c. Casp. Schneiderus in Descript. Dynastiæ Querfurtensis, Germanice edita, p. 82. Jo. Seb. Mullerus in Annal. Saxon. ad Ann. MDCLXXXVIII. Quo quidem A. MDCLII. defuncto, Augustus quatuor illas Dynastias cum aliis præfecturis sub titulo Saxonæ Querfurtensis, ex beneficio concessaque Imperatoris Rom. & Elector. inprimis Saxonæ consensu, cum omnibus dignitatibus, & juribus regalibus in Principatum, hereditaria lege possidendum, denuo accepit. Vid. Scultetus in Oratione laudata. Formula decreti Cæsarei Anni MDCLXIII. Mullerus ad annum, quem prædixi, collatum cum A. MDCLXIII. Pf. Andr. Burgoldensis ad Instrum. pacis, P. III. discursu 14. Fundamentum pacis pragmatice est in art. XI. l. P. Ceterum quod, &c. in quo ea, quæ paci Pragenfi in domum Saxonicam valida concessionis formula collata sunt, in perpetuum mansura disponuntur & confirmantur. Adde, quod civitas jure status provincialis & *Schreibsässionatur*, ut Pragmatici vocant, semper usa fuerit, atque in comitiis adeo provincialibus inter XXIX. ditionis Metropolitanæ Vrbes tertium, & quidem proximum ab Hallensi tenuerit locum in coetu ordinum numerosiori, dem vveitern Aufschuffe.

bus sacrificari oportuit, extractis, Fratribus etiam Calendariis, q) qui hos ritus curabant, adhibitis, speciem religionis praeferrent, & simpliciores saepe circumvenirent.

§. XIII. Explorato Tezelii furo, ad emendationem salutaris doctrinae excitatus paulatim Lutherus, socios principio commouit, ne merces, a Tezelio Iutreboci expositas, tanti facerent, mox, ubi sensit, Tezelium ea re indignari, consilium reprimendi institoris coepit, atque adeo propositionibus, in valvis templi ad arcem affixis, sese illi opposuit, literisque ea de causa ad Albertum, Moguntinum, & Hieronymum, Episcopum Brandenb.

C 2

denb.

q) De Fratribus Calendariis nuper Joach. Fellerus in peculiari D. sp. Lipsiae habita, egit, Christianus item Heermannus in Memoria Wittevidensi. Confraternitas, quam nominant, apud nos quoque in honorem corporis Christi, & B. Mariae Virginis, Alexandro VI. pontif. Rom. a Raymundo, aule Rom. Purpurato, veniam impetravit, quam ab Hieronymo, Diocesano Brandenb. Anno MDXI. confirmatam exhibet Frider. Dionysius in Antiqu. Iutreboc. MSS. tum vero Pontifex Rom. de Pila in templo D. Nicolai, cum ruinam minaretur, falcienda cogitavit, eaque de causa, tabulas confirmationis dedit, Emendatis post Iutreboci sacris, Anno MDLXII. curam inspiciendi templi quibusdam mandavit Archiepiscopus, & visitandi partes illis tradidit, quorum opera XXX. numero altaria, praeter Sutorum, quod Clupino sacrum, adhuc asseruatur, sunt disiecta. Superiunt VI. domus, ab his Fratibus olim habitatae, balneum quoque annatum, propter pauperes constitutum. Nec defacere superstitionis argumenta, auctore Jo. Tezelio, nundatore facto, qui, peragrans Germaniae regionibus, retum tandem suarum sedem & domicilium Iutreboci collocavit, cujus insuper Sacellum, eleganter structum, in edibus Bened. Teopitii quondam, hodie J. C. Frenzelii, Assessoris Juridici, (nunc Tab. Kocibzlii pelionis) superat, a sordibus nuper repurgatum. Nec reticenda illius area est, quae, ut testatur huius superstitionis memoria sit in D. Nicolai templo ostioibus demonstratur. Praeterea alias ineptias & nugae, quibus usum movi cordatis, quas legere licet apud Mattheum in Vita Lutheri, p. 11. lit. A. Paul. Seidelium in libro ejusdem argumenti, p. 4. & 27. C. amerrum in Chron. Pomer. L. III. C. 9. f. 31. Albinum Chron. Min. tit. 25. f. 342. conf. omnino Seckendorff. in Lotheranismo, Lib. 1. Sect. 6. 7. 109. & Sect. 10. §. 12. f. 26. Sed omnia certe plenum sunt, quod Martini Chemnitii, qui praeter ceteros vindex sanctorum doctrinae fuit, mater Euphemia, Donati Kaltendornii, viro ex Senatoro ordine, sua, in proxima Tezelii domo procreata, talem peperit virum, quo illa aetate maiorem non habuit, sane cum praefici etiam doctoribus comparandum. conf. Jo. Galserus in Vita ejus, edita A. MDLXXXVIII.

denb. immo ad ipsummet Pontificem, perscriptis in quibus Tezelium erroris reum peragebat. r)

§. XIX. Quamquam instaurata a Luthero doctrina magno passim assensu recipiebatur, sero tamen ob Archiepiscopi, aliorumque, quibus parendum adhuc erat, indignationem, ad nostros illa cives pervenit. s)

§. XX. Mearum quoque partium esse, puto, de urbis patriæ ornamentis nonnulla exponere, in quibus tamen brevitati, quoad ejus fieri potuerit, studebo. Eam commodo sitam esse loco, supra indicavi. Præterea ex una parte agrorum fertilitate, ex altera vinearum copia, præstat. In tria aliouin suburbia est distincta, quorum unum orientem spectat solem a foro *nozo* nomen habet, alterum, quod ad septentrionem vergit, a cœnobio Zinnenli *Zinnense* nominatur, tertium ad occasum solis per-

\*) Quorsum legantur Jo. Sleidanus de Sr. Relig. L. I. Jo. Marthesius l. c. p. 11. seqq. Seidelus l. c. p. 9. & p. 30. sqq. Abr. Sculterus Annal. p. 6. 12. & p. 43. ubi memorat, Lutherum A. MDXIX. consultationem quandam *Antidotorum*, falso sibi ab Monachis *Jurebocensibus* quoque oppositorum, edidisse. Add. Hoepfner. in Saxon. Evang. p. 77. sqq. Luc. Oslander Epir. Hist. Eccl. Cent. XVI. L. I. c. 21. 22. Cum primis vero Pemarius f. 566. Lutherum ideo, inquit, ad Albertum Moguntinum, & reliquos, a quibus Tezelius erat missus scripsisse, ut promuneris sui fide ab improbis eum conatibus dehortarentur. Vid. Seckendorff. l. c. Sect. 7. §. 7. f. 17. sqq. Atque his quidem cum intelligeret Lutherus parum se proficere, neque tamen quicquam abad, quam ut iustitioris licentia compesceretur, i. initio perciperet, fore us deinde non privatim modo, verum publice etiam scriptis editis, & pro concione cœorum Pontificium, magna contentione animi impugnavit.

\*) Quantum purioris impetrandæ religionis nostrarium sacris desiderium, vel exoptifici potest, quod cum patria Vrbs ab V. Wirtembergæ, unde fama de Luthero ad eos primo emolus dimanaverat, propius abfaceret magno illum audienti studio incensu, modo Wirtembergam, modo proximos illi pagos, in quibus *Oena* memoratur, clam senatu, per viginti & amplius annos petiverunt, Lutherumque ibi cupidissime audiverunt, & sacro epulo integre sunt usi. Tandem Anno MDXLII. M. Georgius Merula primo ad D. Nicolai præcone constituto, rerum emendationem consecuti sunt. Idem tabulae, quæ nobis suppetunt, MSSæ, & Scultetus, restantur.

pertinens, *Dammense* sive *Frauenthor*, a *Mariae Virg.* a de appellatur. t)

§. XXI. Templum quibus die Solis sacra peraguntur, IV. praeicipue numerantur, in quibus primum, D. Nicolao dicatur

C 3

tum

e) Epigrammata non illepidum *Jo. Stigelius*, Poeta sui Seculi princeps, A. MDXXXVI. quo optimum terra vinum produxit, ab urbe nostra discessurus, scriptum reliquit quod insertum postea ipsius est Poematibus a *Jac. Rosenfeldio*, Jenae MDC. 8. collectis. Vol. II. L. 3. Eleg. 12.

Ergo vale Bacchi solum, quod nescio cujus

Diceris a *Gyrthae* nomen habere capro.

Hoc scio, quod dulces sequent tua viva liquores,

Quos parit apricis Italiae ora jugis.

Aut esses, utinam, flavo vicinior Albi,

Aut aleres nostrae culta Lyceae scholae.

Leucoris hic veniam mihi det, tu digna videris,

Quam ferre Albiacis ante velimus agris.

Quod tua discedens nunc pocula linquere cogar,

Heu mihi, quam gravis est, hoc doluisse dolor!

Ergo vale Aonius Vitis non ingrata Poëtis.

Dulce quibus carmen post bona vina fluit,

Quis credat? repero charos invito amicos,

Conjunctis studiis, quos Vitebergæ meis.

Me tener hic Bacchus, vocat hinc iratus Appollo,

Hei mihi, sunt ecce magnus uterque Deus.

Sed puto, de Baccho pro jure triumphat Appollo,

Bacche vale, potior vincit Appollo, vale!

Ipsæ Lutherus quoque, cum A. MDXL. ut *Mathesius* in vita ejus, p. 169. memorat, aliquid villi Jutrebocensis a grato quodam discipulo dono accepisset, non sine joco pronuntiavit ad hospites, quomodo vobis sapit hoc villum (dieser Pfeerschheimer) subiciens: Deum ingrato huic mundo extremis temporibus mellis aliquid potus infundere voluisse: quin & auctor fuisse dicitur nobili cuidam viri, quoniam hic annus præstantioris vini copiam produxisset, succis lupuli rarem, vites eorum loco plantarentur. Memoriam sui præ ceteris reliquit *Ernstus*, Archiepiscopus, quando urbem incendio deletam Anno MCCCCLXXVIII. reparandam magnis sumptibus curavit, & præter turres, magno ex adificatas opere, vallibus item & moenibus, fossisque peratis circa medietatem exornavit. Minime præteriti hoc loco debet rhythmus ille, qui in omnibus oppidi portis cum appende clava, legitur: Wer seinen Kindern gebt das Brodt, und leidet hernach selber Noth, den schlag mit der Keile rodt. Cujus de origine licet nobis non constet, hujusmodi tamen aliquid olim ibi evenisse ex ipsius rhythmi sensu colligi potest.

tum, habet contiguam sibi S. Anna Sacellum. Tum aliud, intra urbis moenia elegantissime constructum, a D. Francisco nomen accepit. Tertium in suburbio extra portam occidentalem, ad formam crucis factum, & Maria Virg. inscriptum est. Quartum idemque D. Iacobo consecratum, in foro novo e regione parvi collis, de quo supra dixi, conspicitur e longinquo. u)

## §. XXII.

u) D. Nicolai adis extructio ad Wichmanni aetatem, omnium consensu refertur. Amplum alioqui satis est, turibusque duabus edissimis, altera cupro lecta, altera lapidea, ornatum, aequae A. MCCCCLXXVII. iussu Alexandri P. R. versus orientem magnam partem amplificatum. Sed orta A. MDCXIII. XVI. Cal. sept. gravi tempestate, alterius turris apex & cancelli dejecti tectum adis illius misere conquassauerunt. Fastigium quoque Sacelli D. Annae, ut reliqua taceam, ejusdem veni impetu a fundamento prope dissectam fuit. Quae tamen omnia eodem anno IV. Idibus Octobris, Iacobo Gravello, consule, & Davide Kloffio, refecta sunt & insaurata. Antiquitates urbis nostrae, quas olim scribi coepas, & A. MDCXXVII. XVI. Cal. Quinq. repetitas, in globo turris repositas, invenerunt. L. Georgius Alandus, Praetor, Epigrammate memorabili consignavit. Sacellum D. Annae idem Wichmannus A. MCLXXI. fundavit, Sacrarium vero, quod templo adjacet A. MCCCCLXXXVIII. altera Bartholomaei die conditum est, & Mariae Virg. teste scheda veteri, consecratum. D. Francisci factum Sigismundus, Archiep. Senatus nostro A. MDLXII. cum proximo Cenobio ad condendum ibi Scholam concessit, in quo anno post puriorem Evangelii doctrinam propositam, Frieder. Dionysius, & Annales MSS. declarant. Per antiquum D. Mariae Virg. Monasterium, multis a Wichmanno redditibus locupletatum, principio in platea laniorum inter moenia, ex quo vestigia adhuc videntur, A. MCLXXXIII. fundatum, Saeculo autem post destructum, & extra portam, occidentem versus, reaedificatum, Chronicon MS. refert. Nonnauquam, prout antiquum, quod vidi, documentum, A. MCGCLXXXIII. editum, probat, S. Crucis nomine insignitur. Cui administrando, praefecti erant, nomine Burgravorum sunt cohonellati. Qualem in bello Hessianum intermisit, Zsch. Theobaldus Historiae suae P. I. c. 59. consignavit. Praefuisse illi quoque Anstrem Dorotheam de Gausvitz, & Visulam Klarae Priorissae nomine appellatam, testatur inter has & Gauthardum Esfordium. A. MDXLIX. utrinque conventum. Sigillum, quo monasterium huius Societas usa est, Scyptorem ab cruce pendentem, refert. Literas item, quibus jus vocandi V. D. ministros ad sanum D. Nicolai tributum illi est, legi. Maure tamen puriorem in eo ipso doctrinam proponi coepit a Benedicto Drodio, ultimo Praeposito. Fr. Dionysius auctor est, quem etiam, missa ecclesiae Romani confessoris, conjugem sibi adiunxisse, publica monumenta docent. Post id tempus, Cenobio in Quaesturam verso, templi huius cura cum D. Francisci ade est conjuncta D. Francisci Monasterium laudatas modo Sigismundus A. MDLXIV.



§. XXII. Quo & literis ibi bonisque artibus sua constaret dignitas, Sigismundus Archiepisc. Cœnobium, quod D. Francisci templo adiacet, ad condendum in Vrbe *Gymnasium*, Senatui permisit, quod etiam, æquisimis legibus præscriptis, solenni ritu inauguratum fuit, ex quo deinceps viri, in omni doctrinarum genere exercitatissimi prodierunt. x)

§. XXIII. Inter ædificia Urbis profana extant Arx, Præfectura

Quæstura pariter permisit, ea tamen lege, ut duo, ex sodalitate *Excelsiorum* successives, per vitæ tempus honestissime alectentur, a quo etiam, ut anno jam dum MDLXIII. inflicta ritè censura, ex præscripto Luthæri sacra peragerentur, impetrant. Templis annumeramus *Cœnobium*, *Sacello*, *Xenodochia S. Spiritus & Gertrudis*, & aliud quoddam, intra Urbem recens constitutum. Annus, quo Xenodochium S. Spiritus cecidit, in obsecro est, indulgentiarum vero, quas vocant, litteræ A. MCCCXXI. ab Otrone, Archiepiscopo data, in Tabulario reperiuntur. Xenodochium minus extra portam Zinnenfem jacet, in quo & sanum fuisse vestigia etiamnum, juxta cœmeterium, ubi peregrini sepeliuntur, ostendunt. Nec multum ab eo distat cœmeterium, A. MDLXVI. ingruente pestilentia, structum, & a M. Valentino Heldio, Luceyvaldense, Diacono, dedicatum, cujus altera muri pars A. MDCC. Casp. Langio Conf. inde ab ædibus majoris anguli, uti ex monumento lapideo, ibi erecto, liquet, adjecta fuit. Vid. Frid. Dionysius loco septimo commemorato.

x) Solennis illa inauguratio A. MDLXXVII. a M. Ioachimo Lethio, Consule, & M. Io. Grunio, Norimbergensi, primo Rectore, post vero, teste Andr. Sennerto in Aithen. Vitemberg. Doctore, habita ab utroque oratione, celebrata fuit. Sex alioqui Classes numerantur. Præter Scriptores optimos quosque, in quibus sunt & Græcis Hæcates, Plutarchus, Demosthenes, Homerus, Hesiodus, & Latinis, Cicerò, Terentius, Virgilius, Ovidius, ex Historicis Iulianus & Chonicon Philippi, humanitatis & sapientiæ studia, declamationes, & Disputationes, & conciones pertrahendas introduxerunt. Quo factum est, ut multi eo, doctrinæ causa, confluerent. Quotum legenda sibi Acta, ab ipso Grunio, A. MDLXXIX. Vitembergæ prelo expressa, in §. Neque ibi non possunt florere literæ, ubi iuvenes, sumptu publico levati quodammodo, in studiis progressus facere queunt. Et si aliquam alibi, certe Iutroboci multa sane & egregia stipendia ad iuvandam rem literariam constituta a piis majoribus, *Klitzingianum* cuippe, *Scharnovianum* Francofurtanum, *Waldorffianum*, *Deutchmannianum*, *Vimariente*, maxime celebrantur; tum *Seabinorum* & officium aliquot omitti non debent: nec ræculo de *Koppentiano*, quod cum *Magdeburgenses*, tum nostrates & alii diversæ conditionis homines, fruendum accipiunt, ex eoque vitæ subsidium habent.

Stura & Curia, domus item, quam Abbates Zinnenfes, cum in Vibe effent, quondam iucoluerunt. y)

§. XXIV.

7) Versus occidentem in clivo sita, muro, vallo fossaque circumdata, ponte pariter decorata, mirifice prateruentibus se commendat. Exadificationis annus, quamvis nemini exploratus sit, multorum tamen opinione ad Slavorum genitum refertur, quippe quæ, constructis ad vias publicas arcibus, speculisque ad prædandum comparatis, ex quibus conspiciere prætereuntes e longinquo posset, appropinquantes tandem omnibus rebus spoliavit, crebrisque adeo excursionibus se locupletavit. Cuiusmodi specula, *Burgwall* dicta, prope Luccovvaldam, oppidulam, eodem Dionysio auctore, fuisse traditur, quippe apud Trebbinum, & in aliis Marchiæ Brandenb. locis, tales speculos extitisse, haud spernentibus, opinor, iudiciis, confirmat. Quoniam igitur Arx nostra in loco eiusmodi religioso, per quem via publica ad iurtæ diversorium euntibus patuit, extracta videtur, facile contigit, ut inde prædones multum damni iter facientibus inferrent. Accedit, quod non solum totus ille tractus, quercubus olim confusus, *der Stadt Busch*, etiam nunc nominatur, sed tabulæ etiam ibi collocatæ fuerunt, in quibus verba: *Sieh dich vor*, incisa fuerunt. Vnde Arx: *Sieh dich vor* appellati deinceps convenerunt. Hæc Dionysii sententia est, & aliorum, qui Dionysium sequuntur. Progressu tandem temporis a Leopoldo Klitzingio, seniore, instaurata, turribusque & conclavibus ornata est & exulta. Ante hunc cum quaestura pignori datam, nobili genere Viri Geisleræ & Curcius Discavii, Iohannes Schliedenius, Vitus Sannius, Albertus Lipzke, Iohannes Macschalkius, Cuno & Casparus Thümenius, diu tenuerunt. Postea Bracltus, Archiep. arcem, in ruinis jacentem, Benedicto freudemanno, quaestura præfecto, Anno MDIV. lege hereditaria pro maribus descendentibus, permisit. Hic igitur cum instaurasset arcem, multisque fundorum accessionibus adauxisset, dictus modo Archiepiscopus quatuor post annis denuo redemit. Paulo post Albertus, Archiep. primum Georgio Thümenio, mox autem Anno MDXXXIII. Leopoldo Klitzingio, suo tribunali reddituum præfecto, in multis deinde annos concessit. Atque hic quidem, cum Friderico & Sigismundo, Archiepiscopis, a consilio esse coepisset, a Friderico A. MDLII. quadraginta annos ad tenendam quaesturam obtinuit, quam possessionem biennio post Sigismundus, quinquaginta annorum accessione auxit & confirmavit. Quoniam igitur Leopoldus Klitzingius quaesturam Jutrebocensem ab illo usque tempore ex pacto tenuerunt, Ioachimus Fridericus Administrator, qui alienatas omnes quaesturas recuperare, a Maximiliano II. Imper. iussus erat, diutius expectare noluit, sed elapsis tantum, quos dixi, quadraginta annis, Leopoldum & Fridericum Frstrandem, Leopoldi senioris filios Anno MDXCIII. de possessione deseruit. Qui vero ubi multis de causis id facere detrectarunt magna utrinque contentio orta, & Christiani Wilhelmi, Ioachimi Friderici successoris, demum ætate, nominata A. MDCXII. ad exitum est perducta. Ex quo tempore Administratores eam tenuerunt, donec A. MDCXXXVIII. in conventu Calbenfi, cum aliis, quas supra nominavi, quaesturis, Ioanni Georgio I. Sax. tradita est, iure hereditario possiden-

§. XXIV. Præcipue vero hanc meam Urbem patriam Conventus & Colloquia, cum de arduis Principum negotiis, tum de rebus, ad mendam religionis causam maxime necessariis, sæpe numero ibi instituta illustrem reddiderunt. Ex his omnino celeberrimus ille Theologorum Conventus est, quo nostrates inter & Pontificios exorto ob libellum, qui vocatur *Interim*, dissidio, ad nos quoque deliberaturi se contulerunt. z)

## D

## §. XXV.

da. Anno demum MDGXCIX. quæstura, cura Io. Ehrenfridi Prætorii, quæstoris, recens est ædificata. De his conferantur tabulæ publicæ perbenigne mecum communicatæ. De *Curia*, præter privilegium, ab Erico, Archiep. A. MCCLXII. Cal. Jun. Magdeb. ad ædificandam illam eduum, nihil memoratu dignum vidi. Illud saltem monendum, arbitror, quod de statua, D. Mauritio ad curiam A. MDXCVI. posita, diversa admodum sententia circumferatur. Sunt namque, qui in honorem Mauritii, Saxonis, præterea erectam, contendunt, quod colamitose isto Germaniæ bello ex hostium manibus urbem nostram eripuerit æque ac conservavit. Ac, quamvis, eam hostium incursionibus eo tempore perituisse, non negem, idque ex Melancthonis ad Præpositos Ecclesiæ Jurebocensis epistola, A. MDXLVI. perscripta, quæ Lib. III. Epp. Melanct. edit. Pezel, inserta est, haud obscure quis colligat, verior tamen illorum & probabilior sententia est, qui divo Mauritio, Archiepiscopatus Magdeburgici Patrono eam vindicare malunt. Hunc, enim constat, Egyptium natione, A. Chr. CCC. sub Maximiano, Imp. cum omnibus, quibus erat præpositus, copias, cum Maximiani Diis victimas offerre nollit, martyrium summa animi constantia subisse. Ex quo factum, ut in memoriam ejus non modo statuæ & templa construerentur, sed cineres quoque ejus & reliquia sanctissimis locis custodirentur. Quare vexillo ejus, (pingitur enim cum vexillo & cruce, sanguine aspersa) magnam vim in gerendis bellis tribuerunt præ cæteris Magdeburgensibus, & postquam in pugna cum Gerardo, Episcopo Hildesheimense, succumberent, vexillum D. Mauritii non ad invadendum, sed defendendum, valere persuasi sunt, quorsum legi meretur D. Marus Chron. Merseb. p. 27. Pomarius Chron. Magd. f. 129. sqq. & Dresserus de Urb. Germ. sigillatim Magdeburgo.

z) Occasionem isti convocandæ etiam Synodo dabat functum illud Germaniæ bellum, quod defuncto nuper Lutero, Pontificii ad summovendos emendatæ religionis defensores suscipiebant. Ex quo Carolus V. Imp. victor Augustus Vindelicum reversus, consilio quoque imito, de componenda religionis controversia, sæpius frustra ante tentato, rem paulo feliciter successuram, sperabat, si aliqua religionis expositio, a Nostratibus *interim* observanda, conderetur, donec in concilio generali dissentientes iterum conjungi possent. Illud itaque negotii Julio Pflégio, Mich. Sidonio, & Jo. Agricola Islebensis, amplissimis simul præmiis positus, qui formulam talem componeret, dedit. Hunc libellum, ab iis, quos dixi, confectum, Ordinibus, Augustæ tum congregatis, in curandis juxta ac emendan-

§. XXV. Alteri post agendo *Jutreboci* conventui occasio-  
nem

dis sacris recipiendam commendavit, ipsi vero Pontifici ab eo sese exemptos palam profitebantur. Qua re audita, magna utrinque animorum dissensio oriebatur. Atque, cum e nostratibus quidem, præter Johannem, Marchionem Brandenburgicum, qui, hæc se fiducia militasse, dicebat, quoniam de religione sibi optime cavissent, Mauritius etiam, Saxo, recipere illum recusaret, Cæsar initio, multa de suo in Germaniam amore præfatus, eundem, semel iterumque communitum, obtestationibus tandem & minis eo perducere, sed frustra, laboravit. Namque hæc talia, incisci, fieri non posse, asseverabat, mox libellum, una descriptum nocte, Vitembergam misit, suorumque de eo iudicium exquisivit. Hoc prælecto, fraudes illorum senserunt confestim, eundemque primo omnium ipse Melanchthon, non sine gravi Cæsaris offensa, confutandum sibi sensit. Quem alii, Amsdorfius scilicet, Flacius, Judex, Wigandus & reliqui, secuti, conjunctis sese illi viribus opposuerunt, rati, per hunc pontem in coelum Pontificium redeundi, aditum sibi aperiri. Immo ipsos inter Pontificios id libelli male exceperunt, præter cæteros, Robertus, Atricensis in Gallia Episcopus, & Romæ Ordinis Dominicani Generalis, quod de multis iusto liberius scripsissent hujus libelli effectores. Quo tempore multi *Theologorum conventus* sunt habiti, in quibus, cum in sententia acrius perstaret Imperator, & Mauritius subinde si quid salva animi religione concedi posset, ut facerent, urgeret, Phil. Melanchthon, Jo. Bugenhagius, Casp. Cruciger, Paul. Eberus, Georg. Major, Joach. Camerarius, D. Pffessingerus, Dan. Greferus, & complures alii, duram servitutem, non conjunctam cum impierate, ferre, quam Ecclesiam, quod in Suevia in primis & ad Rhenum eventisse, cognoverant, deserere se malle, metu perterriti, pronunciarunt. Quo sum conf. Epistola, a Bugenhagio & Melanchthone ad Pastores Ecclesiæ in Marchia Brandenb. data, & alia quedam ea de re ad Flacium perscripta, quæ annexa est epistolis Scholasticorum Vitemb. lit. E. 2. edit. Vitemb. MDLXXI. Sleidanus, Thuanus, Ofsander alique. Vnde Misnia primo hinc Pegavia, non Berge, quod Ofsander cupit Hist. Eccl. Cent. XVI. L. II. C. 72. mox Toigavia, tandem Cellæ conventum est, deque iis, quæ ritibus duntaxat concedere possent, constitutum. Atque, cum in colloquio Cellensi eo res rediisset, ut, præter auctoritatem ægrotorum, & caput de Missa quam vocant, consentire se, faterentur Legati Imperatoris: Saxo ante, quam ad Ordines in conventu, Lipsiam indico, referret, rem cum Brandenburgico communicandam, ratus, A. MDXLVII. diem 16. Decemb. Colloquio, *Jutreboci* habendo, desinit, illic igitur dicto die convenerunt Mauritius & Joachimus Septemviri, Georgius, Princeps Anhaltinus, & præter Pflugium e Theologis Melanthon, Major, qui libellum Augustinum ibi offerrebat, Pffessingerus, Camerarius, Greferus & Agricola, quem Joachimus secum duxerat, ut de rebus mediis disputarent. Sic enim de conventu sigillatim *Jutrebocensi* Daniel Greferus in Vita sua, quam ipse adornavit, lit. M. n. 2. edit. Dresdens. 1587. in 4. scribit: Zu Jutrebog sind zusammen kommen Herzog Moritz und Marggraf Joachim von Brandenburg, beyde Hurz

nem præbuit quorundam Ecclesiæ ministrorum in ditione Magdebur-

D 2

fürsten/ und haben zu sich als Theologen lassen bescheiden/ Fürst Georgen zu Anhalt/ Heren Julium, den Bischoff von Naumburg/ Phil. Melanthonem, Jo. Pfeffingerum, Islebium, und mich Danielem. Da hat man wollen sehen/ was mit gutem Gewissen den Papisten Könige nachgegeben werden/ damit wir nicht ohne Ursache den Kayser erzürneten und muthwilliger Weise uns und die Untrigen in Beschwerung brächten. Præ ceteris vero id agebat Pflugius, ut, τῶν συγγραφεύων more Principum, & qui a consiliis illis erant, animos præoccuparet, cum quibus omne negotium, nemine; Theologorum in consilium adhibito, privatim ante tractavit. Quare Bugenhagenus & Melanthon, ea de re submoniti, respondebant: Quod de articulis, tactis in Juterbock, interrogatis, scitote, nos non interfuisse illi arcanæ deliberationi, in qua Principum facta est subscriptio, nec exempla illorum articulorum habemus, nec consecrationes oleorum aut salis, inter Adiaphora recensemus, ac semper improbamus. Si qua in illis articulari mentio facta est unctionis, illud etiam additum fuit, restare articulos non reconcilatos, de quibus necessesse sit, episcopis judicari, quid desideretur. Conferatur omnino Epistola a Bugen- hagio & Melanthonæ ad Pastores Ecclesiæ in Marchia data, & Actis Synodicis ad- jecta. Post id factum a Theologis, ut de Missa & Unctione, quod Cellæ præ- mississent, explicationem copiosiore darent, eslagitarunt. Quod vero cum ra- tionibus pro se allatis, facere haud detrectarunt, nihil amplius postulatum ab eis fuit. V. Acta synodica, Litt. 22. seqq. edit. Vitemb. MDLIX. Hortlederus de Causis belli German. P. II. L. III. C. 86. p. 630. omnia doctrinæ capita, *Jutrebocci* examinata, recenset, & culpam deliberationis inter Principes in solum Flaci- um rejicit, cum potius in Pflugio residere videatur, confirmantibus hoc Actis syn- odicis loco memorato. Hoc deinde *Colloquio* finito, statim Jutreboco Lipsiam, quo evocati omnes fuerant sunt profecti, ubi de responsio, Imperatori dando, & de formula, quam per Mauritii ditionem omnes sequerentur, inter eos conve- nit. Illud hoc loco tantum monendum, existimo, quod cum bis Lipsiæ propter li- bellam istum congregati essent Theologi, Flacii sectatores primum Colloquium, quod Cellæ coactum est, *Interim Lipsiense majus*, alterum vero, Lipsiæ celebra- tum, *Interim Lipsiense minus* appellarunt. Interea, dum ea omnia geruntur, Fla- cius cum suis totum hoc impedire negotium minime desistit, & Melanthonem, cius cum suis totum hoc impedire negotium minime desistit, & Melanthonem, ciusque socios, ne quicquam concederent, obsecravit, causatus, quod cum mu- tatione rituum ipsa etiam mutatio doctrinæ inhereret, & ubi verbis sese- ratione nihil proficere, sensit, publicis eum scriptis nimis lenitatis pariter ac inconstan- tiæ postulavit. Vnde implacabile inter utramque partem odium est subsecutum, & omnis hæc controversia multas in Ecclesia turbas, animorumque dissensiones, & excitarit. Multi alii suas deserere stationes, quam ex præscripto hujus libelli sa- cra administrare, maluerunt. Summatim hujus certaminis historiam complexi sunt Sleidanus Lib. XX. & XXI. Thuanus L. III. & IV. Luc. Osiander Centur. XVI. L. II. a cap. 68. usque ad 73. Petr. Suavis Hist. Conc. Frid. L. III. Sigilla-

deburgica ab emendato religionis cultu defectio tam præceps, quam perniciofa. Ejectis enim multis ex locis, qui clanculum latuerant, fequioris doctrinæ aflectis, Ioachimus Fridericus, Administrator, in dicto Jutreboci congressu, fuos quoque, depravatæ religionis fufpectos, quanta potuit, follicitudine e latebris extraxit. a)

## §. XXVII.

tim confer. Flacius in Admonitione de vitando in Adiaphorifico fermento, Magdeb. MDL. 8. Historia de Interim, a Lipsienfibus, & Vitembergenfibus contra Flacium edita, Vitembergæ, Anno MDLXX. 4. Acta fynodica, fupra jam allata, & alia fcripta, a Theologis tum temporis magno utrinque numero emiffa. Magnam etiam per id tempus plagam acceperunt Magdeburgenfes, cum ab Imperatore, ob rejectam Sphingem, fte enim nominare confuevit Melanthon Auguftanam, non profcriberetur modo, fed etiam Mauritio fuma belli commiffa, obfidione diuturna premerentur. Sub idem tempus A. MDL. mense Octobr. Jutrebocum Magdeburgici conuenerunt, &, exposita ante rebellionis, cujus incufati fuerant, innocentia, de petendo vicinorum auxilio confilia ceperunt. Quorum legator Sleidanus l. c. Pomarius f. 671. & Henricus Menckelius de Obfidione Magdeb. lit. 1. 2. Magdeb. MDLXXXVII. 4. & Annales meæ ubi patria MSS.

d) Caufa hujus præfertim Colloquii erat, quod Philippus Melanthon, inde ab anno plus minus MDXXXVIII. ftudio, ut videbatur Reformatorum, privato confilio, præter alia, Auguftanam Confessionem mutare, immo, Luthero rebus humanis exempto, Zyuinglii feftatores fuo ornare patrocinio, eorumque in capite de facra Coena cumprimis errores propagare, aufus fuerat. Quare in mutatione religionis fufpicionem incurrit, quemadmodum pluribus docent Conrad Schützbergius Theol. Calv. L. II. Art. X. Oflander H. E. Cent. XVI. L. III. C. 36. p. 685. C. XL. p. 703. & Cent. XLIII. p. 713. Micrælius H. E. p. 580. Addatur Defenfio Pupillæ Saxon. p. 343. fqq. Totam mutatam a Philippo Melancthone Auguft. Conf. hiftoriam copiofius tradit Magnif. D. Gottlieb Wernsdorffius, Patronus atque Præceptor meus fuma veneratione profequendus, in Difp. de Hiftoria Auguft. Conf. A. MDCCV. habita, §. 14. fqq. quorfum L. B. remitto. Atque Melancthoni quidem, cum communis jure quodam fuo Germaniæ Præceptor diceretur, complures alii fe fe adjunxerunt, qui prius pro mutata, ac pro priore illa multo explicatiore, propu-

§. XXVI. Dignum quoque visum est oppidum Jutreb-  
D 3 cense,

gnarent. In his tum fuerunt Georgius Major, Casparus Cruciger, junior, in primis Christophorus Pezelius, Frid. Widebramus, Henr. Moellerus, Casp. Peucerus, qui post obitum Philippi, aliorum Georgii, Cracovii, Christ. Schützi reliquorumque ad-  
 juti praesidio, magnas res ad invendendam in has oras Calvini doctrinam moliti sunt, bonosque abigere, surrogatis in eorum locum aliis studuerunt. Ac, ut lasius venenum illud spargeretur, A. MDLXXI. Catechesin ex Philippi Corpore doctrinae congestam, auctore Peucero, Ecclesiae Scholarumque Doctobus, velut uberiolem Lutheri explanationem, ut ipsi fateantur in *Stereomate* p. 9. a. & p. 157. sqq. 155. sqq. enixe admodum soliditeque commendarunt, vid. Peuceri Hist. Carc. p. 437. sqq. edit. Figur. MDCV. 8. Hutterus in Conc. Conc. C. 27. p. 787. sqq. Cui cum Theologi Jenenses, Mansfeldenses, Lubecenses, Hamburgenses, Lüneburgenses, Brunsvicensis, nominatimque Jac. Andreae, Wiggandus, Heffhausius, Chemnitius, Moerlinus, Selneccerus, Grefserus, alii sese opponerent, tantum abfuit, ut retractarint errorem, ut Vitembergenses potius, *Stereomate* A. MDLXXII. edito, defenderent eam, & rectius sentientes, in, nescio, quomodo hic eorum numerum relatis, conatibus item & calumniis indignissime lacerarunt. V. Osiander Cent. XVI. L. III. c. 68. & Jo. Gafmerus in vita Chemnitii lib. D. Quin imo hi ipsi etiam, rogati aliquando, ut de Sacramentarium conatibus judicium facerent, non solum modeste pro his dixerunt sententiam, verum publice quoque scripta illorum, tanquam lectu digna, studiose juventuti commendarunt. Ac ne quid ad propagandam sequiorem doctrinam deesse videretur, disputationem quandam de Christo servatore, a fidelitate patrum Ingolstadtensium, Jacobo Andreae oppositam Vitembergae recudendam curarunt, suaeque commendatione dignam existimarunt. V. Refutatio Historiae Peucerianae f. 12. Schütziburgias I. c. P. III. Actus de Antiquitate Lutheranorum & Vitembergensium Apostasia. Osiander Cent. XVI. L. III. c. 48. Accedebat porro, quod Lipsiensibus in errorem societatem adductis, in recudendis Calvini ejusque applausorum libris alibi

cenſe, quod *Principum & Procerum conventibus* frequentaretur, admo-

prelo jam expreſſis, ſervato tamen literarum ordine, ſtudium ſibi & operam ſedulo invicem commendarint, vid. Selneccerus in Recitationibus, item in reſponſione adverſus Pezelium. Hutte- rus in Conc. Conc. Cap. 4. p. 49. Vittembergens in endlichen Bericht und Erklærung contra Flacium & Cyr. Spangenbergium Vittembergæ A. MDLXX. edita, annoque poſt eodem literarum ordine ibidem recuſa. Crebris poſtremo Principum admonitionibus inductus Saxo Auguſtus majorem curam adhibuit, & acrius animadvertit in ſuos Eccleſiæ Scholarumque miniſtros, ac negotium dedit præcipuo Greſero, Dreſdenſi, Heidenreichio, Torgavienſi, & Eberhardo Miſnienſi, Antiltitibus, qui paulo accuratius inquirerent in iſtorum conſilia & conatus, ſic igitur, ubi ſe illorum fraudibus circumventum, intellexit, in dicto Torgavia A. MDCLXXIII. conventu, evocavit omnes, & in his majorem Crucigerum, Moellerum Widebramum, Pezelium & reliquos, atque, ut propoſitis doctrinæ ſanioris capitibus ſubſcriberent, per- tendit. Quod cum recuſarint, alios in cuſtodia eo uſque detinuit, dum veriorem ruſus ſententiam amplectarentur, alios, qui erro- ribus nuntium remittere detreſtarunt, ſuffectis in eorum locum melioribus, dignitate movit. Reliqui ſibi male conſcii, duo nempe Peuceri generi, Joach. Egerus, Jctus, & Hieron. Schallerus, ſcientiæ naturalis Doctor, aliam prætexentes cauſam ſponte ſua ceſſerunt, pariter ac profugerunt. Cracovius vero in carcere deceſſit, Schützius per reliquum vitæ tempus domi ſuæ in carcere incluſus eſt. Stoſſelius & Peucerus, alter Senſſtenbergam, alter Rochlicium, abductus, durioribus vinculis tenebantur. Eam in rem cantantur Peucerus ipſe in Hiſt. Carc. p. 113. 153. 273. Schütſſelburgius in Præfat. ad L. III. Th. Calv. & Epift. p. 348. Oſiander Cent. XVI. L. III. C. 72. ſqq. & L. IV. C. 1. ſqq. Go- thoſt. Suevus in Annal. Vitemb. ad annum MDLXXIV. Jo. Fri- melius in Vitemberga, a Calvinismo graviter divexata, & divini- tus liberata MDCXLVI. 4. Sic migrare juſſis, qui obreperant, Calvini ſectatoribus, Administrator Magdeburgicus ad Theolo- gos, *Formule Concordiæ* auctores, ut ſuos quoque ſacerdotes & con-



admodum & nobilitaretur. Horum maxime celebris est, quo Saxonem inter & Brandenburgicum, Septemueros, de *controversa*

*sta*

cionatores explorarent, literas perscripsit. Anno igitur MDLXXIX. VIII. Cal. Febr. *Jutrebocum*, quo convenire iussi erant, Nic. Selneccerus, Andr. Musculus, Christoph. Cornerus, Martinus Chemnitius & Jac. Andreae, adventarunt. Hi, instituto examine, M. Just. Menium, D. Justi Menii, Antistitis Gothani filium, primo Jutrebocensem, post vero Dahmensem, Bernhardum Campejum, Halsebiansem, M. Dan. Schufium Leburgensem, M. Ofwaldum, Monachum, Mocensem, coelestis doctrinae praecones, errorum convictos, ad majorem in sacris literis diligentiam exhortati, ad subscribendam Concordiae librum adegerunt: de M. Nicolao, ad D. Vlrici apud Halenses concionatore, siquidem diligentius is observaretur, bene adhuc sperandum, pronunciarunt, reliquos, sacrorum quippe Halensium dispensatorem, M. Dionysium, Calbensem, & qui colloquio se non stiterant, Administratori, ut dimitteret, suasores extiterunt. Reliqua, quae de negata ab aliis Ecclesiae ministris in conventu Jutrebocensi Formula Conc. subscriptione, ex Hospiniano affirmatae Auctoris *Haereseologiae*, P. II. L. XVI. C. 19 §. 26. & 35. vel ex unius Hutteri Concordiae Conc. facili negotio refelluntur. Maxime autem illustrem hunc conventum reddit, quod congregati ibidem Theologi Prooemium *Christianae Conc. libro*, Augustanae Conf. Sociorum nomine & auctoritate praeficiendum, non privato, speciatimque Jac. Andreae & Martini Chemnitii consilio, ut Hospiniano quondam, hodie *Haereseologiae* Auctori P. II. L. XVI. c. 18. §. 22. & aliis persuasum est, sed communi Principum quoque Legatorum consensu adornarunt. Convenit patiter inter eos de literis, ad Ludovicum, Palatinum, perscribendis, & de Principum judiciis in Prooemium illud referendis. V. de Prooemio hoc Apologiae Form. Conc. Cap. XIII. f. 211. b. sqq. C. XIV. f. 219. & Leonh. Hutterus, qui acta ibi ex publicis tabulis repetit in Conc. Conc. Cap. XXIV. p. 796. Cap. XXVI. p. 778. 780. sq. Cap. XXVII. p. 782. sq. Chemnitius *Jutreboco* domum reversus, affirmavit, sese deinceps

*si Juliacens, ad finem perducenda, consultari coeptum est, quamquam res obituente Neoburgico, caruit successu. b)*

§. XXVII. Nunc ad presentem, Ecclesiæ c) ac reipubl. nostra-

ceps proficiscendi missum facere, & de itinere in coelestem patriam cogitare velle. V. Gasnerus de Vita ejus.

- b) Inter Principes conventui huic, A. MDCXI. habito, interfuerunt Christianus II. Saxo, Joannes Sigismundus, Brandenburgicus, Joannes Georgius, Dux Sax. Christianus Guilielmus, Administrator Magdeburg. Jo. Casimirus, Jo. Ernestus junior, Duxes Saxon. Christianus & Joachimus Ernestus, Marchiones Brandenburg. Mauritius, Ludovicus & Fridericus, Hassia Landgravii, Christianus, Dux Anhaltinus, & alii, duravitque conventus ille a die, qui titulo *Dominica Invocavit* in fastis est, usque ad diem qui *Viridam* vocatur: Præter ea cellissimos Germaniæ Principes in urbe nostra sæpenumero commemoratos, grato id civis animo celebrarunt. Quoties porro deliberationes, inprimis de negotiis publicis, deque re monetaria, suscipiendæ erant, *Jurebocum* plebomone defectum est. Cujusmodi A. MDLXI. mense Jun. ab Augustæ Vindel. A. MDLIX. editis, & A. MDCLIII. LV. LVIII. & LIX. habitos deliberationum congressus, recessus, in tabulario nostro asservati, demonstrant. Extant quoque multa incuria nostrate decreta pragmatica & recessus propositi, quos hic recensere omnes possem, nisi me hac opera levasset *Abaso. Frischius, JGius & Cancellarius Schwarzburg.* in libro, quem inscripsit, *Paratitela recessuum circuli super Saxoniam, quorsum L. B. delegabo.* Minime etiam silentio præterire debeo, quod A. MDLXXXV. tabularium Metropolitanæ urbis, propter morbum pestilentem, qui eam invaserat, *Jurebocum* ad tempus dejectum est.
- c) Antistitis in tractu *Jurebocensi* dignitate fruitur *M. Christianus Walekuffus*, vir a doctrinæ juxta ac meritum laude magnopere commendandus. Huic in templo D. Nicolai adjuncti sunt perquam reverendi Viri, *M. Christoph. Mareballus, & M. Paul. Jac. Scharnovius*, Diaconi, qui simul ad D. Jacobi sacris operantur. In

nostratis statum pergo. Atque hodie Senatus omnis, qui in tres olim divisus partes, duabus tantum, speciatim XIV. viris constat. In his duo consules, Syndicus & tribunalis praefectus. Accedit etiam Collegium, ad persequendas iudicio controversias ibi constitutum. cc)

§. XXVIII. Postremo damna publica, in quibus sunt calamitates belli, contagio morborum, & incendia, breviter hoc in loco restanttingenda. d)

E

§. XXIX.

fanis D. Mariae Virg. & Francisci Jo. Abraamus Cruelius Pastoris, & M. Christannus Goebeff Teupitius, Diaconi nomine insignitur.

cc) Consul in republ. nostrate alter in singulis alteri annos, mense Junio, cum attributis sibi V. ordinis senatorii viris, succedit. Hoc in primis anno Consulis munere fungitur Jo. Flemmingius, alter vero Georgius Carolus Lessus, Proconsul, Jctus, prudentia & usu magnopere confirmatus, idemque Syndicus, qui pro dexteritate sua, quicquid reip. salutare, totique adeo civitati utile est ac fructuosum magna cura & labore agit. Cui praeter ceteris quidem vel ideo magnopere obstrictum me profiteor, quod cuncta, quae summa diligentia collegerat ipse & consignaverat, & quae ex Tabulario Senatus petenda erant, liberaliter mecum communicavit. In Senatu Juridico praesidis muneri praestitit Matib. Meyerus & septem sibi adjunctos Collegas habet. In Gymnasio Rectoris provinciam laudatus modo M. C. G. Teupitius, vir linguarum, quas oriens suscipit, peritissimus, sedulo curat, cujus fidem institutione grato ipse adhuc animo agnosco. Huic accedit M. Zach. Scharnovius, Praefector, vir pariter eruditionis laude clarissimus: reliqui Fr. Barschius, Ad. Gers. Büchertus, Dan. Schefflerus, Jo. Christ. Heine, qui & Organocodus, in erudienda juventute suo minime labori parcuunt.

d) Inter miseriae temporum, quae caram mihi patriam non semel afflixerunt, praeter vim ab Henrico Leone ipsi illatam, & supra mihi memoratam, durissima ea fuit, quam superiori adhuc seculo sustinuit, cujus initium altius repetendum. Augustus, Jo. Georgii I. El. Sax. filius, a metropoli designatus est Adjutor Chri-

§. XXIX. Hæc atque alia urbis patriæ fata breviter com-  
memo-

stiani Guilielmi, Administratoris, non sine offensa Cæsaris Ferdinandi II. qui dignitatem illam Leopoldo Guilielmo filii destinabat, cui assentiebatur Pontifex, Saxonisque filium rejiciebat. Hæc deinde causa motuum erat. Itaque Administrator, cum Cæsari obstitere, ab eo proscriptus, & urbe Magdeburgensi oppugnata, captus, indigneque a militibus tractatus, tandem Vindobonam abductus fuit. Qua re vehementer commotus Saxo, Suecum Gustavum Adolphum foederis sibi societate adjunxit, cum quo prope Lipsiam, commissa feliciter pugna, hostem profligavit. Sub id tempus variam quoque Vrbs nostra fortunam habuit, cum Cæsarei, facta in eam irruptione, prædiani milites modo interficerent, modo urbem, igni subjecto, vastarent. Ad hæc religio premebatur non parum, quando anno MDCXXXV. Cal. Jun. Imperator filii nomine primores civitatis nostræ Calbam revocatos, jurejurando sibi obligare decreverat, & hæc sodalitate Franciscanorum, ut sibi D. Francisci templam traderetur, urgebant. Et quamvis pro illo Scholam obtinuisent, mox tamen singulari Numidii cura deploratis Germaniæ rebus Suecus subvenit, & pristinae nostram quoque urbem restituit libertati. Subsecuta est pax Pragensis novæ dissensionis initium fuit, & Suecos Saxonesque commisit. Quare illi, victoria A. MDCXXXVI. ad Wittochium parta, incursionem in Misniam fecerunt, fugatisque Cæsareis, vastitatem Saxoniz intulerunt. Nostra quoque Vrbs anno post a militibus, passim magno numero grassantibus, direpta, imo ne sacris quidem ædificiis parcitum fuit. Maximum An. XLII. damnum imminere urbi, cum Sueci, ad arcendos Cæsareos intenti, eo convenirent. Sed tempus ibi trahere non ex re visum est Torlensanio, qui frumento, per ci-ves allato, contentus, viam ad res majores aperire sibi cupiebat. Interim magnam pro redimenda vastatione pecuniam urbi imperabant Sueci, nec prius obfides, quos secum abduxerant, quam soluisent, reddebant. Anno tandem XLIV. Cæsarei subverebantur, Suecos ibi præsidia militiæ disposituros, hinc urbem, incendio foedatam, relinquere cogitabant. At malum in capita aucto-

memoravi, & antiqua urbis documenta cursim attigi, plura his, quorum aliqua mihi copia suppetit, adijcere deberem. Viros certe genuit fovitque eruditione claros, *Berndtios, Axtios, Henckelios Hannemannos, Muritios, Lotbios, Scharnovios, Pilichios, Alandos, Sculcetos, Gravelios, Redstobios, Teupitios, Deutschmannos, & complures.* De his itaque, & *Bibliotheca*, quæ libris maxime Ecclesiasticis referta est, alibi, si facultas mihi data fuerit, separatim agam. Nunc mihi, pietatem in patriam testari conato, sufficit; nuncupari vota, & Deum precari, ut Serenissimum Ducem IOANNEM GEORGIVM, libertatis patriæ stato-

E 2

rem,

rum recidebat, quod, priusquam Cæsarei appropinquarent, Succii, collectis viribus, hosti cladem inferrent, pars cæsi, pars in curia urbis noltræ inclusi, reliqui fuga sibi consuluerunt. In hoc discrimine vix privilegia urbis ab interitu sunt conservata, civibus ad egestatem redactis, ut reparare fortunas non possent. V. superioris belli scriptores, post Theatrum Erop. Brachelius, Loccenius, Puffendorffius, Schulzius, in primis historia obsidionis Magdeburgicæ a quodam Euchario Eleutero. evulgata. Neque hic malorum finis fuit, sed cum morbis etiam gravibus conflata sæpe est. Anno enim MDLXXXIV. plurimi homines pestilentia absumti sunt, quorum numerum iniit *M. Jo. Pilichius* in tribus, quas habuit orationibus sacris. Nec mitior vis morbi pestilentis fuit, quæ Anno MDCXXIV. desævit in urbem, ut homines, tuendæ valetudinis causa, se reciperent in domos; quibus torcularia asservantur, liberosque suos in iis initiandos sacris curarent. Idem contigit A. MDCXXXVII. quo intolerabilem famem, ut fieri solet, gravis etiam pestilentia est secuta. Multum quoque mali ex incendiis ortum est. Vix enim extructa erat, cum, ut supra memoravi, flamma iterum corripereetur. Quod si reliqua recensere vellem, quæ annis MDXLVIII. MDCXV. MDCLII MDCLXVI. MDCLXXVII. MDCLXXX. MDCLXXXIII. MDCLXXXVII. MDCXC. totas sæpe platearum ~~etiam~~ obstruxerunt, nimis forte longum foret.

rem, saluum semper, atque incolumem conservet, ipsamque a deo patriam, in tanta praesertim varietate rerum, malis & calamitatibus, quae vastitatem minantur, depulsis, potenter & benigne in posterum tueatur.

T A N T V M.

Florentissimo Juveni  
M. GODEFRID HECHTIO  
eruditae Disputationis, quae de *Jureboco* inscribitur,  
Auctori.

P R A E S E S.

Urbs finitima, *Jurebocum* dicta, a Sorabis condita, & a Saxonibus culta, quanto ab hinc lapide distat, & uberi solo ac fertilibus arvis floret. Quae tibi germano civi desiderium commovit, ut, quando coeperit, quomodo creverit, quam denique omni tempore fortunam subierit, investigares. Nomen ei, perinde ac Vitembergae, a Sorabis inditum est: auspicia originis utriusque eidem XII. Seculo respondent: urnae veteres, quae in vicino quidem agro eruuntur, ritus quoque similitudinem confirmant: pleraque urbis aedificia, & gemina praesertim turris, non inanem hujus rei conjecturam praebent. Ergo, quae tua in patriam pietas est, nullum investigandae antiquitatis locum praetermissisti, quando monumenta, quae ex ruinis, & fatalibus temporum casibus reliqua sunt, Ampl. Senatus utenda tibi tradidit, in quibus excutiendis te diligenter versatum, accepi. Permultum vero debes WERNSDORFFIO, quem ducem in admonendo fidelem, in docendo assiduum habuisti, qui & multa, & selecta tecum liberaliter communicavit, & consilio disciplinaque sua formatum, ad sententiam te optimam, traduxit. MDCCVII. Eid. April.

Clā

Clarissimo Doctissimoque  
 DN. M. GOTHOFREDO HECHTIO,  
 Dissertationis hujus auctori  
 GEORGIVS CAROLVS LOSSIVS,  
 Consul & Syndic. Jutreboc.

S. P. D.

Ea rerum humanarum conditio, ut non solum fatales mutationes easdem incidisse, reperiantur, verum multarum etiam memoria plane amissa desideretur. Vtraque hæc fortuna Civitas utitur *Jutrebocum*. Originem enim si quæras, perantiquam illam esse, ex iis, quæ similia veri sunt, juxta regulas Historicorum, colligimus: at communem Germaniæ olim infelicitatem, qua incolæ non tam scribere fortia, quam facere malebant, itidem dolemus. Hinc enim nostræ nobis Vrbis incunabula, prope etiam successus dixerim, ex antiquis fide dignis Scriptoribus enarrare non contigit. Multas præterea Patriam nostram mutationes perpeffam, annales testantur: tantum non extinctam, divini Numinis beneficio debemus. Post constitutum vero Ducatum Quersfurtensem Deus O. M. novum huic regioni dediturum, novaque, felicissimis imprimis Serenissimi Domini ac Principis nostri, Patris Patriæ Clementissimi auspiciis, fruimur gratia, quam devotissimis semper animis æstimatori sumus nobiscum. Euge igitur Cl. Hechti, præclarum patriæ officium declaras, quod *Res memorabiles perantiquæ hujus urbis Jutrebocæ* recensere sustines, latorque die, quo tuæ simul eruditionis testimonio publico feliciter hoc agis. Erit certe tempus, cum & memorabili exemplo industriæ tuæ præmium feres. Vale. Dabantur Jutrebocæ, III. Non, Aprilis, A. O. R. MDCCVII.

AHASVERI FRITSCHII JCI & Cancellarii Schwarzburgici  
*Paratista recessuum* Circuli superioris Saxoniæ *Jutrebocæ*  
 celebratorum.

E 3

II. RE.

I. Recessus Juterboci, A. 1549. 31. Augusti. Causam & occasionem Conventui huic utriusque Circuli superioris, & inferioris Saxoniz Statuum deputatorum, Casarea Majestas, per Regem Hungariz Ferdinandum I. præbuit:

1. Propositio Dominorum Commissariorum Casarea & Regiz Maj. continet (1) querelam de Civitate Magdeburgensi, quod Casarea Majestati sese hactenus opposuerit. (2) Auxilium circulare contra dictam Civitatem, vi ordinationis executionis, præstandum.

2. Resolutio Statuum, quæ subsidium unius mensis Expeditionis Romanae complectitur, sub conditione, si aliorum Circulorum status idem præsent.

II. Recessus Juterboci, Ao. 1554. 19. Augusti. Recessus hujus duo sunt membra:

1. Continet Casarea majestatis desiderium, de auxilio ferendo contra Albertum, Marchionem Brandenburgicum, quod juxta tenorem Pacis Publicæ & ordinationis Imperii Status, non aliter, quam cum Archiepiscopi Magdeburgensis præsentibus Legatis ad hanc Dixtam simul vocatis, cum IV. Electoribus ad Rhenum promittunt, (quamvis executione nunc non opus esse videatur, caso & in fugam conjecto Marchione) modo & reliqui Circuli idem præsent, ad quos scribere decernunt.

2. Quoad punctum particularis Collectæ Imperii, respondent Status, ejusmodi collectam ob defectum Consensus omnium Imperii Statuum, novam, & ordinationibus Imperii contrariam, nec jam milite ad conservandam tranquillitatem publicam, opus esse: Conqueuntur de insolentis militum & subditorum hujus Circuli per multas Collectas ex haustorum indigentia, tandem tamen in honorem Cas. Majest. pro tuenda pace tres menses



ses juxta expeditionem Romanam, sub nomine eius Verlage/  
promittunt, sub certis conditionibus, ut sit absque consequen-  
tia, & pro nunc, salvis Imperii Constitutionibus, & ut miles e  
Circulo abducatur, absque subditorum noxa & damno, & ut  
collecta hæc extraordinaria ab ordinariis tributis deducatur.

III. Recessus circuli superioris Saxoniae, Juterboci Ao. 1564.

13. Jul. Proemium causam conventus aperit.

1. Principus tenor Recessus hujus est, de executione Recessus  
Deputatorum Wormatiensis, & Ordinationis Executionis Impe-  
rii, cujus vigore pro nunc 1500. Equites colligendi, nec non de  
quota *eines Reimer-Morats*, juxta veterem Matriculam ad Cau-  
sam circularem inferenda.

2. Agitur de Electione deder vacirenden *Creyß-Membere zwey-  
er zugeordnetem*.

3. De designatione quanti Circularis, ratione simpli ac du-  
pli.

4. Permittitur nonnullis Statibus cessam pecuniae summam  
loco militis ad Cassam inferre.

5. Quilibet Status, in proprio territorio, militis sui delectum  
specialem instituat.

IV. Recessus Juterboci, Ao. 1571. 26. April. In proemio ad-  
ducitur, quid in Diata Spirensi, Ao. 1570. conclusum fuerit,  
& quod necessaria Recessus illius executio.

*Membrum.*

1. Agit de auxilio Circulari jam parato.

2. De Moderatione & reintegratione Matricula Imperii, &  
quibusdam Civitatibus a Circulo avulsis.

3. De Matricula singulorum Statuum Circuli Superioris Sa-  
xoniae, de quorundam Statuum gravaminibus, adductum Matri-  
culæ quantum concernentibus, eorumque eventuali reservatione  
acc

ac coram deputatis inquisitoribus ac Moderatoribus futura deductione.

4. De congressu Deputatorum Francofurti, sumtibus statuum instituendo.

5. De Imperiali Edicto monetali, publicatione Mandatorum & Conventu Circuli novo.

6. De quibusdam Articulis ordinationis politicæ Imperii exequendis.

V. Recessus Juterboci, Ao. 1577. 23. Mart. Continet

VII. Partes:

1. Quomodo Christianitatis hosti Turcæ resistendum?

2. De novo ordine equestri contra Turcam in Imperio fundando, ubi quædam monita, ratione Religionis & bonorum Ecclesiasticorum, in terris Protestantium sitorum attextuntur.

3. De damnis per transitus militares Statibus Circuli illatis, juxta ordinationem Executionis refundendis.

4. De correspondentia cum vicinis Circulis eorumque Ducibus non negligenda.

5. De auxilio Turcico in promptu semper habendo.

6. De gravaminibus ob corruptam monetam tollendis.

VI. Recessus Juterboci, de Ao. 1592. 5. August.

I. Electio novi ducis Circuli.

II. Punctus Monetæ.

1. Hactenus omisæ djæz iterum quotannis instituantur, Generali Guaradino & Secretario constitutis.

2. Commendatur frequens officinarum monetariorum visitatio.

3. Accurata specierum monetæ probatio & reprobarum rejectio aut devaluatio.

4. Cum peritis artis monetariæ & negotiationibus consultatio.

III.

- III. Annua simpli circularis collatio.  
 IV. Debitorum solutio.  
 V. Civitatis Aquensis gravamina Cæsareæ Majestati commenda-  
 data.  
 VI. Motus bellici in Ducatu Juliacensi amicabiliter componendi.  
 VII. Consilium de liberanda Civitate Argenteratensi & Alsatia e periculo ob vicinorum machinationes, in specie, ob Ducis Lotharingæ invasiones, mediante Legatione deputatorum Circuli ad Imperatorem.  
 IIX. Mandatum de tollendo aucto telonio Lauenburgico.

VII. Recessus Juterboci, Ao. 1599. 17. Mart. In prooemio docetur Conventus hujus præcipua causa, quæ est Hispani militis, occasione morum in Belgio ortorum, in Ducatum Juliacensem & vicinas Provincias Imperii facta violenta invasio, cui obviam ire debeant omnes Imperii Circuli, mediante autoritate Cæsareæ Majestatis.

*Membra seu Partes recessus sunt*

- I. Nova Electio eius Maximus Zugeordnet.  
 II. Quindecim mensium Romanæ expeditionis pro defensione Circuli ad Cassam collatio.  
 III. In casum necessitatis simpli dupli vel tripli auxilii militaris specialis iustratio.  
 IV. Retardatorum exactio.  
 V. Ordinationis Zervestanæ de Anno 1588. defensionem Circuli concernentis, observatio.  
 VI. Cum vicinis Circulis per selectos Status Electores Saxon. & Brandenb. Ducem Pomeraniæ & Comitem de Schvvarzburg instituenda Correspondentia & Communicatio, juxta normam dñtæ ordinationis defensionis.

## VII. Punctus monetæ continens

- I. Relationem Guarandini, monetæque probatione.
2. Querelam de neglecta salutari ordinatione monetaria.
3. Remedium universale ab Imperatore & Imperii Statibus petendum.
4. Duorum conventuum probationis monetæ singulis annis Instituentorum continuationem

**IX. Recessus Juterboci eod. Ao. 24. Jun. Continentur in hoc Recessu sequentia.**

- I. Relatio de nonnullis conventibus Circularibus Confluentiæ aliisque in locis institutorum, Hispanorum invasionem & violentas urbium & castrorum occupationes concernentibus.
- II. Punctus securitatis publicæ ac defensionis Imperii, in quo ob diversitatem vororum nihil certi conclusum.
- III. Certus modus ararium Circuli instituendi collectaque inferendi.
- IV. Iustificatio rationis
- V. Mandat die Steigerung der Münze betreffend.

**IX. Recessus Juterboci, Ao. 1601. 24. April. In Procemio causæ conventus, periculum sc. Turcicum, capto fortalio Canischa, & necessitas auxilii, ut & confusio in re monetaria urgente commissione Cæsarea, aperiuntur.**

- I. Centum mille Imperiales, subsidii loco Casar. Majestati offeruntur, cum solutione restantium collectarum Turcicorum.
- II. Moneta more solito probatur.
- III. Multiplices Regalis juris monetandi abusus exponuntur, quibus hæctenus quarta vel tertia pars bonitatis intrinsicæ monetæ amissa fuit.
- IV. Remedium hujus mali proponitur, quod est.

I. Rigorosa executio Edicti monetalis, per confiscationes & privationes privilegiorum, in casu notoriae contraventionis, absque figura iudicii & processus.

II. Universalis conventus omnium Circularum, in quod tollendo hoc malo agatur.

III. Frequentia diararum probanda moneta.

IV. Mandatorum poenaliu reperitio.

V. Punctus moderationis non negligatur, sed intra certum terminum Statuum gravamina inquisitoribus constitutis offerantur.

VI. Debiti nomine Circuli Anno 1597. contracti, solutio.

X. Recessus Jutreboci, Ao. 1602. 23. April. Prooemium est plane ejusdem tenoris cum proxime precedente.

I. Resolutio Circuli ad propositionem Casaream continens.

1. Novum subsidium centum mille thalerorum & repartitionem ejusque status quora in duobus terminis. Qua occasione commendantur Cas. Majestati, Vasalli ac subditi hujus Circuli ad expeditionem hanc bellicam.

2. Collectarum Turcicarum, quae restant, exactionem.

II. Quod punctum Monetae & Moderationis sive redintegrationis Matriculae, eadem repetuntur, quae in priore recessu decreta.

III. Bestallung der vacirenden Aempter der Nach- und Zugordneten.

IV. Monetae probatio.

V. Debitorum Circuli persolutio.

XI. Recessus Jutreboci, Ao. 1605. 12. April.

I. Relatio Guaradini & aliorum obligatio.

II. Debiti 14850. fl. Civitatis Lipsiensis solutio

XII. Recessus Jutreboci, Ao. 1606. 7. Aug. In prooemio per-

ricu-

riculosi motus bellici in Hungaria & Transylvania exortireferuntur, postea de Propositione Casarea deliberatio instituitur, & a Statibus Circuli pro defensione Christianitatis subsidium centum mille Thalerorum, crescente autem periculo auxilium armorum juxta normam Constitutionum Imperii Imperatori promittitur.

XIII. Recessus Jureboci, Ao. 1623. 30. April.

- I. Electio Electoris Brandenburgici & Ducis Sax. zu Nach- und Zugeordnet.
- II. Ob motus bellicos doppel-Trippl- Hülfen, sc. 2000. zu Ross, und 6000. zu Fuß pro defensione Circuli.
- III. Collecta 10. simplorum.
- IV. Retardata.
- V. Duo conventus ad probandam monetam iterum annuatim instituendi.

XIV. Recessus Jureboci, Ao. 1614. 7. August.

- I. Propositio Casarea & ad eam Statuum declaratio, continens:
  1. Fidelitatem erga Casaream Majestatem.
  2. Illicitæ militum collectionis ac transitus prohibitionem.
  3. Subsidii voluntarii XII. Roemer-Monat, promissionem, sub conditione, ut miles Casarianus ex Imperii Circulis abducatur, paxque tam religiosa, quam profana facta tecta in Imperio servetur.

*Nota:* Conventus Circuli Superioris Saxoniz LXVII. ab Ao. 1549. ad An. 1681. usque, in ordine XIV. Jureboci, XXXVII. Lipsiz, XIII. Francofurti, II. Zerveltz, I. Vitembergæ, de corruptissimo Germaniz Statu medendo acti sunt, quorum ultimus Conventus Circuli, Ao. 1683. mens. Augusto, ob controversiam Ceremonialem inter Electorales & Principum Legatos, inopinata abortam, utunt Circulus tam temporis ob Viennensem obli-

dio-

dionem in summo esset periculo, infeliciter disruptus est, & ab eo tempore nulla Diata Circulares instituta. Potissima Capita his in Comitibus pertractata sunt: Obsidio Magdeburgica: Copia auxiliares tam adversus Imperii rebelles, quam hostes Christianissimi. Turcas: Emendatio corruptae monetae, & prohibitio exportationis monetae probata: Novus ordo equestris contra Turcas constituendus: Bona Ecclesiastica in terris Protestantium: Guaradinus Generalis cum subordinatis suis Guaradinis: Minutae monetae specierum, als geringe Dreyer/ Fränckische/ Henneburgische/ Schlessische/ Hessische/ Böhmische Pfennige/ Lüneburgische Schillinge reprobatio, aut devaluatio: Edicta poenalia, wider die Steigerung des rohen Silbers/ und Silberner Sorten: Cautela, ne species injusta inferantur, & proba moneta exportetur: Collectio dupli vel tripli militis circularis: Confirmationes decree Cess. Obersten/ und decree Nach- und Zugordneten: Visitatio frequens officinarum monetariorum: Motus bellici in Ducatu Juliacensi amicabiliter componendi: Remedia, quibus varii defectus in puncto monetae tolli possunt: Periculum in Hungaria belli Turcici obcaptum fortalitium Raab: Consilium de munienda urbe Vienna, periculo obsidionis exposita: Vorschlag eines Neutral-Rechts zu Erhaltung guten Regiments, Directorium Administratoris Electoratus Saxon & Electoris Brandenb.: Collecta quam plurimae, Römer Monate: Reprobatio monetae Paderbornensis & Pomeranae: Motus bellici ab Hispano milite excitati: Hispanorum invasio: Modus aerarium Circuli instituendi, collectasque inferendi: Mandatum die Steigerung der Münze betreffend: Remedium universale contra frequentem exportationem bonae monetae, & reprobatae importationem: Necessitas auxilii contra Turcas: Multiplices abusus monetandi, quibus quarta, vel tertia pars bonitatis intrinsecae monetae amissa fuit: Compositio motuum in Duca-

tu Brunsvicensi: Consilium de efficaci remedio tollendae confu-  
 sionis in remonetaria. Grossorum Schaumburgicorum repro-  
 batio: Periculosi motus bellici in Hungaria & Transylvania:  
 Devaluatio der geringen Schreckenberger: Edictum Caesareum,  
 daß an keinen andern Ort/ als in denen Ordinar verordneten  
 Münz-Städten/ bey denen Ständen/ die ihre Berg-Wercke ha-  
 ben/ das Münzen weiters zuverlassen: Bohemica seditio: Ob  
 motus bellici doppelt und trippelt: Hülfen zu Ross und zu Fuß:  
 Subsidium voluntarium XII. Römer-Monat: Litera Circuli  
 ad Caesarem, Regem Daniae & Generalem Caesarem de Frid-  
 land ob transitu militares & damna Circuli per militem illata:  
 Promissio 150. Römer-Monat: Policy-Ordnung: Abschaffung de-  
 rer Posamentierer und Dratzieher/ it. Verdictung/ des güldenem  
 und silbernen Stricks/ Spitzen/ Schnüren/ Knöpfe/ Gallonen/ Po-  
 samenten/ Borten/ Flittern/ Bändern/ Gebräme und berglei-  
 chen/ ausgezognen hohen Standes-Personen und den vornehm-  
 sten Officieren. it. der Goldschmide und Goldschläger Mißbräuche:  
 Iterata invasio Turcarum in Hungaria: Demolitio fortalicij  
 Mannsfeld-Verwilligung 10. Römer-Monat: Compositio diffe-  
 rentiarum, inter Regem Sveciae & Electorem Brandenb. non si-  
 ne gravi periculo Imperij & Circuli enatarum: Securitas via-  
 rum publicarum contra raptores & praedones tuenda: Sachsen-  
 Quersfurt/ oder die 4 *asscurirte* Hempter bey dem Creyse zu er-  
 halten: *Interims*: Was Münzung noch den Hinnischen Fuß:  
 Propter periculum belli Turcici preces publicae habendae, die-  
 ses poenitentiales & jejunii instituenti? Abschreibung der 4. Mag-  
 deburgischen eximirten Hempter von der Nieder-Sächsischen ma-  
 tucal: Abstellung fremmder Werbung/ Gewerb: Steuern/ An-  
 schaffung der Aigeuner und fremden Bettler/ Einrichtung der  
 Durch-Marche. Per tempus hoc recensitum omnis terra haec  
 cum Jutreboco contributionibus, moneta corrupta, transitu mili-

tum



tum saepe repetito depraedationibusque graviter divexata est: ut Edicta Principum publica testantur.

M. TOBIAE ECKHARDI

Epistola de rebus Jutrebocensibus.

Ad Praenobilissimum Consultissimumque Virum,

DOMINVM

GEORG. CAROLVM LOSSIVM,

Patria civitatis Jutrebocensis

Consulem atque Syndicum

longe meritissimum.

de

dicta civitatis rebus nonnullis

Epistola

M. T. ECKHARDI,

IV. Quaedl. R.

*Praenobilissime Consultissimeque Vir, Domine atque Fautor perosissime colende.*

Veniam mihi non difficilem polliceor, has cum literas ad TE incognitas dirigo. Quod si vel sola patria foret communio arctissimusque matrimonii nexus, qui Tuam inter filiam, & Reverendum M. Paulum Jacobum Eckhardum, ad D. Nicolai in Patria Diaconum, & ad D. Jacobi Pastorem, Fratris mei Filium, intercedit, optimam animo liceret spem concipere. Sed fortuna haec tribuenda sunt; potior mihi est virtutis ratio, videlicet humanitas Tua singularis, qua literarum, quas praemulis coluisti cum cura, praecipuus fructus est, & facile admittit eos, qui bonae mentis sunt cultores. Accedit patria amor, de qua ut maiores Tui, bene sunt meriti, sic idem Tu agis sollicitus. Is TE

com-

compulit, ut cum Godofredo Hechtio elegantiorum literarum cultori perindustrio, extabulario vestro communitatis benigne, quæ ad patriæ historiam illustrandam pertinere queant, cum dissertationem de ea meditaretur. Atque idem hic amor, quo patriam complecteris, spem mihi facit, fore ut benigne accipias, quæ de patriæ rebus brevissime sum commentatus, tuoque iudicio submitto. Sunt quidem ejus ea generis, quæ singularia non contineant; talia, puto, tamen, quæ non omnino nihil inservire queant, si quis patriæ res velit illustrare uberius, De Patria civitate Jutreboco cum cogitarem, tres occurrebant, de ea literis, qui bene meruerunt, M. Ioannes Grunius, Norimbergensis, L. Jo. Fridericus Sculterus, Torgensis, & M. Godofredus Hechtius, Jutrebocensis. Grunius de Schoia bene adornanda laboravit, cum edidit *συμπερασμα Schoia trivialis recte aperiende*, conscripam pro Gymnasio Jutrebocensi, cujus ille primus Rector, & postea in Academia Wittebergenfi Logices & Philosophiæ Practicæ Professor fuit. Vid. Sennerti Athenæ Witteb. p. 125. 126. conf. p. 142. Morhoff. Polyhist. p. 365. Sculterus, civitatis consul vir eleganter doctus, quem Augustum Buchnerum sibi optasse successorem ex B. D. Jo. Deutschmanno audire memini, civitatis originemque statum descripsit in luculenta rei seque conscripta gratulatione, Serenissimo Saxonie Duci & Archiepiscopus Magdeburgensis Administratori AUGUSTO, a MDCLXV. a civitate Jutrebocensi oblata. Hechtius, Lycei Luccaviensis in Lusacia Rector, elegantiorum literarum perstudiosus, & admodum peritus, qui rei literariæ multum potuisset prodesse, nisi præmature rebus humanis fuisset ereptus, in disputatione, quam præside CONR. SAMUEL SCHURZFLEISCHIO, summo sui temporis Polyhistor, quem me doctorem habuisse gratus semper, nec sine jucunda animi voluptate recogito, habuit, exposuit *res memorabiles per antique*

antiqua Saxonum urbis Jutreboci a. MCCVII. in qua originem urbis & incrementa, paganae superstitionis olim rationem, christianae religionis introductionem & emendationem, varios Principum atque Theologorum, in ea qui fuerunt, conventus, & alia id genus nitido sermonis genere edisserit, idoneisque testimoniis confirmat.

Slavicae originis esse urbem, auspiciatque conditam, vel saltem novo a novis e Soraborum gente incolis appellatam nomine, ut saepe factum est, V. Juncker Manud. ad Geogr. med. ævi P. I. C. III. §. 25. sqq. vel nomen Slavicum prodiderit, quod Deum significat *matutinum*, sive luciferum, sive auroram, sive solem, qui facile primo omnium, & apud omnes fere gentes, cultum divinum meruit, Vossius de orig. & progress. idolat. L. II. c. 2. Schurzfleischius de cultu ignis. §. 21. s. quem primi coluerint civitatis vel auctores, vel novi coloni. Cognatum Dei Slavorum nomen servavit Helmoldus Chron. Slavor. L. I. c. 52. *malum*, inquit, Deum sua lingua Diabol, sive Zoernebock, id est, nigrum Deum appellant. Hinc propemodum colligamus licet, Jutrebog, bonum significare Deum. Vid. illustr. de Ludvvig de idol. Slavor. dissert. 2. §. 22. 23. Hecht. Gottfr. Mafius Antiqv. Mecklenb. C. II. §. 3. p. 30. Henr. Schmid Brand. Hist. Eccles. & Reform. p. 19. Leutingerus: est autem inquit, Slavorum lingua (Jutrepocum) idem, quod Deus in oriente; fabulosa enim censentur, quae de Iutta (Jutta) & capro sermones aniles narrant, quavis non desint, qui ad Senones ejus exordia referant. Topogr. Marchica §. 42. p. 118. Antiquissima facile Jutreboci nominatim fit mentio apud Ditmarum, Leibniz. To. I. scriptor. rer. Brunsv. p. 384. Dux Bohemiae Bolerolaus, cum paulo ante pax esset composita inter Henricum II. Imperatorem & ipsum, impressionem fecerat Magdeburgum usque, & Servestum occuparat. Persecuti cum sunt Saxoniae Principes, & in his Tagmo. (Daganus)

G

Archiepi-

Archiepiscopus Magdeburgensis, ipseque Ditmarus, Episcopus  
 Merseburgensis, Jutrebocum usque. Verba ejus sunt: hoc co-  
 tum nostri comperientes tarde veniebant, ac morosius eos inse-  
 quebantur. Fui hic equidem cum illo (Tagmone) & cum nos  
 omnes ad locum, qui Juterbock appellabatur, venissemus, visum  
 est sapientissimis, non esse consilium, hostes tam parva multi-  
 tudine prosequendos, & reversi sumus. Contigit hoc sub  
 imperatore Henrico II. a. MVI. Cujus illa tum civitas fue-  
 rit, & num ingressi eam sint Saxoniarum Principes, non addit. Vi-  
 deri possit, in potestate Slavorum tum fuisse, eo quod Bolerlaus  
 Servestam, Lusici (Lusatiam) Zora & Selpuli occuparat, Budissam-  
 que obsedit, praesidio Hermannii comitis munitam, de patria vi-  
 ro urbe, quae media in via sita est, nihil addit Ditmarus, forte  
 quod opus non fuit, eam expugnari; & quod Principes ulterius  
 non sunt persecuti Slavos, ne hostem in tergo relinquerent.  
 Erat is Hermannus Eccardi I. Marchionis Misniae, & Svanehil-  
 dis, quae Ditmarum, Marchionem Lusatiae ante habuerat, filius,  
 ipseque Marchio Misniae, dubia tamen fortuna, & Caesaris bene-  
 ficio Budissinae praefectus, quam Slavis tamen relinquere su-  
 it coactus. Ditmarus loc. cit. Rei. Reineccius de primis Mis-  
 niae Marchion. praemiss. Maderi Chron. Mont. Seren. p. 42. f. Du-  
 bito tamen, an patria urbs ad Lusatiam pertinuerit. Putave-  
 rim ego, ad Marchiam Brandenburgensem eam pertinuisse, uti  
 civitates vicinae, Wittbergae & Zahna, eo pertinerunt. In li-  
 teris, quibus Otto M. Episcopum Brandenburgensem instituit,  
 quae exstant in Thorshavidi antiqu. Placcens. §. VI. terminus  
 ei versus occidentem & austrum Albis, determinatur, & alios in-  
 ter pagos ei assignatur pagus Cieruisti, (Servestum puto, Sorabo-  
 rum primariam sedem,) quo fortasse patria comprehensa fuit.  
 Theodoricus tum Marchio orientalis Mavia, quomodo Alber-  
 tus Ursus adhuc vocatur apud Helmoldum, L. I. c. 88. & L. II.

C. 4. qui primus se Marchionem Brandenburgensem nominavit, ut autor est ill. Gundlingius de Henrico Aucepe p. 165. f. occidentalem vocat Hechtius de Gerone Dissl. 2. p. 15. qua de appellatione non distincte semper adhibita vid. Luncker Geogr. med. ævi p. 511. f. conf. p. 482. qui non adeo multo post tamen rebellionem Slavorum, cui improvida ejus locutio præbuerat occasionem, ista excidit & dignitate & terrarum possessione, & beneficio Præfulis Magdeburgensis vitam toleravit. Helmoldus L. I. c. 16. Henr. Schmid. Brand. hist. eccles. & reform. §. 15. 16. Henricus Auceps Slavorum urbem primariam occuparat, ibique constituerat Marchionem, seu, limites qui custodiret, Principem. Io. Conr. Dietericus Hist. Augg. Imp. Sax. Henr. Auceps. §. XI. p. 55. Hunc secutus Otto M. cum a mari Baltico ad Bohemiam usque Poloniamque armis cuncta domuisset, Slavosque nutanter ac rebelles imperium subire coegisset, Lusatia primum, & mox etiam Brandenburgi Marchionem dedit Geronem Stadensem, comitem, quo de erudite disseruit Hechtius, insuperque Brandenburgi constituit Episcopum, qui curam Slavos convertendi, haberet. Quæmadmodum enim Carolus M. ad convertendos Saxones aliquot constituit Episcopos, sic Otto M. ad Slavos convertendos in terris Slavorum episcopatus instituit Misensensem, Merseburgensem, Cizensem, Brandenburgensem Havelburgensem, eisque Archiepiscopum Magdeburgensem præfecit. Helmoldus Lib. I. C. II. Chron. Magdeb. To. II. Meibom. p. 274. Kranzius. Vandal. L. II. c. 30. Dietericus loc. cit. in Ottone M. §. V. XIII. Erant Slavi libertatis studiosi maxime domini que impatientes & paganæ superstitionis tenacissimi; atque hinc sæpius excutere imperium tentarunt, fidemque Christianam non semel abiecerunt. Cum Otto II. in Italia ægeret, conglobatæ Slavorum nationes insurgebant, & Brandeburgum, necato episcopo, occupabant, quod tamen non ita multo post fuit receptum. Ditmarus p. 352. Chron. Magdeb. loc. cit. Gobel Personæ et. VI.

C. 49. p. 250. Kranzius Lib. IV. Sax. Cap. 19. Bangertus ad Hel-  
 mold. p. 39. Dietericus in Otone II. §. VIII. p. 94. f. Henr.  
 Schmid. Hist. Brand. Eccles. §. 14. f. Ingens rerum facta est con-  
 versio sub Henrico II. Imperatore, cum denuo Slavi rebelles  
 longe lateque jugum exeuſſerunt, Brandenburgum occuparunt,  
 & crudelitatis vestigia reliquerunt, quo de supra jam diximus, Hel-  
 mold. L. I. c. 16. Dietericus in Henrico II. §. VII. p. 22. Ad  
 hoc tempus refero gladium, qui in repurganda civitatis fossa re-  
 pertus est. Primas enim literas DXM. Ao. expono: *Domini*  
*Christi Milleſimo anno.* Atinus primus fortasse ejus possessor fuit.  
 DIX fore numerum militum, quibus præ fuit, significat; sed cur  
 unitas denario demeretur? itaque malim exponere: *Domini*  
*Iesu Christi. R. Conſeruus, forte tribunus alius. DIX. Domini*  
*Iesu Christi. JERC exponerem: In Exercitu Romani Caesaris,*  
*vel; In Exercitu Regis Christianorum. HR. exponerem: Hen-*  
*rici, nisi Otto III. anno Milleſimo adhuc Caesar fuisset. Sed in*  
*ejusmodi inscriptionibus, quae fiunt ab artifice, non tam accu-*  
*rate semper sunt examinanda. Successit enim Henricus altero*  
*post anno. Latus alterum hanc habet inscriptionem: JERC,*  
*ut supra UHNIVS, alterius tribuni nomen CG. Christianorum*  
*Generalis DIM An. Domini Iesu Milleſimo Anno (quod confirma-*  
*re videtur interpretationem superiorem) Atinus DXC. Dixit*  
*Christianorum E. Exercitum. Germani alicujus, vel Saxonis, non*  
*Slavi gladium fuisse argumento est, quod Slavi, ut hodieque Hun-*  
*gari, Poloni, & cognatae Slavi æ originis nationes, acinae sunt*  
*uſi, quos Bangertus in Icone, Helmolde præmissa etiam sic exhibet.*  
*Fortè Slavus aliquis invasione illa, vel alia, nactus est inde-*  
*prædatione istum gladium, qui in patria post obit. ejus cineribus*  
*gladius ille, velut tropæum, uti mos fuit, est additus. Annorum*  
*characteres non ita licebit numerare, ut DX millenario demanſus,*  
*quâ tum æra Christi non dum uſu recepta fuit. Christi mentio-*  
*nam sæpe fieri existimari potest propterea, ut possessor pro Chri-*  
*ſto se pugnare memor fortiter pugnaret, & ejus ope speraret vi-*  
*ctoriam*

storiam. Hac meæ sunt conjecturæ, quas facile emendari patiar. Sed ad institutum revertor. Translata posthæc est Marchia Brandenburgensis ad Albertum Ursium. Conradus III. Imper. Alberto Urso concesserat Saxoniam, Henrico Superbo ademptam; quam vero Saxoniam strenuo vindicabant, & Henrico Leoni filio asserebant. Cum mater Henrici Leonis nupisset Imperatoris fratri Henrico, ita rem composuit Imperator, ut Saxoniam maneret Leoni, Alberto Urso autem Marchia Brandenburgensis, quam mors Henrici, seu Pribislai, ultimi Slavorum reguli, vacuum fecerat, concederetur, id quod a MCXL contigit. V. Leibnit. To. II. p. 20. Joach. Fellerus monum. in ed. p. 10. A Slavis infessæ erant terræ, & urbs Brandenburgensis in potestate erat Iackovi, (Henr. Schmidius Iasonem vocat loc. cit. §. XXI.) Principis Poloniæ, qui ab a. MCXL. proditione occupatam tenebat, secundum Knauthium Antiqu. Ballensted. L. II. c. 30. §. 29. p. 128. Hanc vero urbem Albertus Ursus, adjutus ab Archiepiscopo Magdeburgensi, Wichmanno aliisque Saxoniam Principibus obsedit, & occupavit a MCLVII. beneficus autem est Wernherus, Comes junior de Veltheim, Chron. Mont. Sereni ad d. a. p. 30. Chron. picturat. To. III. Leibnit. p. 347. conf. p. 333. Nalthenius de illustri Veltheimiorum familia §. IV. Erat hic Wernherus Alberti Ursi ex sorore Elica (a Nalthenio Adelheidis vocatur,) filius, Comes Osterburgensis, ab Osterburgo, urbe Marchiæ Brandenburgensis denominatus. Hechtius diss. de Wichmanno §. XI. scribit, Friderico, Marchioni Brandenburgensi, eam urbem fuisse ereptam, & ad Chronicon montis sereni a. MCLVII. provocat. Sed nihil ibi legitur, cui urbs erepta sit. Et quia auctor Chronici Stederburgensis, hand dubie coævus (desinit enim in a. MCLXXX) scribit: MCLVII. *Brand-nburg* a Christianis *obfessa capta*, Mithem. To. I. p. 454. argumentum hoc est, in potestate Slavorum non Christianorum tum fuisse. Venimus nunc ad ea tempora, quibus certum & constantem dominum urbs patria accepit, nimirum Præsidem Magdeburgensem. Adhuc enim inter Slavorum rebelliones in libertatem sese vindicavit, & superstitioni paganae adhæsit. Diserte enim Wichmannus Archiepiscopus in literis publicis, quibus immunitates & privilegia civitatis concessit eadem, quibus urbs Magdeburgensis frueretur, testatur,

quod pagana supersticio ibi obtinerit, & Christianis vicinis inde facta sit vexatio. V. Hechtii diss. cit. de Jutreboc. §. XV. ubi literas exhibet. Dubius est Hechtius, nec certum aliquid definire potest, quando ad Archiepiscopum Magdeburgensem civitas pervenerit. Putat autem, a vero non esse alienum, Henricum Leonem, qui a Friderico Aenobarbo hostis imperii fuerit judicatus, urbem tenuisse, eique Wicmannum eripuisse illam; atque propter ea Henricum Leonem absente Imperatore orbes, quæ ab ipso defecerant, inpressione facta solo æquasse, & Jutrebocum vastasse, & diruisse. Verba ejus sunt: cuiam vero & quo sigillatim anno eam eripuerit (Wicmannus) non expriment; perivsum tamen plerisque, nec a vero alienum est, Henricum Leonem, qui a Friderico Aenobarbo hostis imperii judicatus fuerat, eam antehac tenuisse. Absente post Imperatore, urbes, quæ ab eo defecerant, inpressione facta, solo æquasse, & Jutrebocum vastasse & diruisse. In quam rem afferuntur verba Chronici Montis Sereni ad a. MCLXXXIX. quod Slavi Lithevizenii & Pomerani *vocatione Ducis Henrici* provinciam Jutrebog invaserint, ipsaque vastata & multis interfectis plures abduxerint captivos. Arnoldus Lubecensis idem refert breviter, quod *Slavi exiit* a Duce *omnem terram illius* (Teodorici, marchionis Landsbergensis) quæ Lusice dicitur irrecuperabile vastarint, L. II. Chron. Slavor. c. 24. Sed dubitari possit merito, an eam tenuerit unquam Henricus Leo, ejusque ditio eo usque se extenderit. Domuerat istas Slavorum terras Henricus Auceps, & post eum Otto M. sed Marchionibus Misniæ, Lusatiæ & Brandenburgensi tuendas concesserant. Dux Saxoniarum erat Henricus Leo, sed antiquioris & late patentis septentrionem versus, Hermanno Billingeni olim concessæ: erant vero interjectæ & Anhaltinæ & Archiepiscopi Magdeburgensis terræ. Et si sacellum Annæ, D. Nicolai templo contiguum a. MCLXXI. ibi exstruxit Wicmannus, uti in vicina Cinense monasterium, cujus Abbas Primus interit in illa, quam diximus, Slavorum a. MCLXXIX. facta devastatione, ut Chronicon Montis Ser. prodidit, & a. MCLXXIV. urbi privilegia concessit, cujus literæ e MS. editæ leguntur §. XVI. it. §. XXI. & de Wicmanno §. XXIV. causa non fuit, cur urbes ab Henrico Leone deficerent, cum singulari tum gratia Imperatoris Friderici Aenobarbi



nobarbi frueretur. Fuit quidem Wiemannus jam a. MCLXVI. inter adversarios Henrici Leonis facile princeps, Helmold. L. II. c. 6. Chron. Mont. Ser. ad a. MCLXVI. Kranzius Saxon. L. VI. c. 20. sed a. MCLXVIII. Cæsaris auctoritate cum iis reconciliatus fuit Henricus, & tanta paulo post amicitia Wiemannum inter & Leonem fuit, ut cum hic a. MCLXXI. in Palestinam religionis causa abiret, Wiemannum tutelam terrarum suarum commendaret. Postquam vero Henricus Leo propterea, quod deprecatus esset expeditionem in Italiam sui ipsius ratione (auxilia non negabat) odium Cæsaris incurrisset, id quod Göbel. Persona ad a. MCLXXXIII. Conradus Vrspergensis ad a. MCLXXV. Albertus Stadenfis ad a. MCLXXXVII. refert anno demum MCXXX ab Imperatore proscriptus fuit. Et cum adversarii, non expectata Cæsaris Sententia, & in his Wiemannus, jam ante id tempus invaderent Leonis terras, fieri potuit, ut ejus instinctu terræ Wiemanni, & in his Jutrebocum, a Slavis Pomeranis, qui a partibus tum stabant Henrici Leonis, vastarentur, Schurzschleichii Diss. de Pomer §. 3. Lucem aliquam offerre possit Leutingerus in Topograph. March §. XLII. p. 112: *a media Marchia avulsa fuit Jutrebocum, a Slavis inflauratum, a Wiemannno Magdeburgico, ope Alberti Vrsi, qui Wernerum Comitem Osterburgensem, in oppugnatione amisit, subjugatum.* Quibus edocemur verbis, quod ad Marchiam Brandenburgensem pertinuerit olim, quod supra diximus, tum videlicet, cum Otto M. Cinnæ in vicinia conventum habuit Principem, Wittichindus Meibom. To. I. p. 654. Fortasse traditio de Iutta Brandenburgensi & capro (jus rei possit esse argumentum. Solet enim rei aliquid vere gestæ ejusmodi subesse traditionibus, quod longa oblivione tegitur. Nam Iutta seu Juditha, Weneri hujus patris conjux, aliquid fecerit capros, fortasse eo mittendo, forum que aperuerit id genus animantium, ubi hodieque solent magno numero ad mundinas agi, alii exquirant: deinde quod Slavorum molibus urbs bello vastata, sed a Slavis restaurata sit; & tandem quod a Wiemannno occupata Slavisque erepta sit adjuvante Alberto Vrsi. Quod de Wenero addit, id cognovimus superius, ex antiquioribus, aliter se habere, & in oblivione Brandenburgensi enim interisse. Annus non definitur; Sed annon proprius designari tempus possit, jam videamus. Anno MCLVII. Albertus

bertus Vrsus occupavit Brandenburgum auxiliis Wicmanni. Anno MCLVIII. cum uxore & aliis in Palestinam abiit. Redux persecutus est bellum cum Slavis, domuitque Brizanos, & Stoderanos, patriæ Sorabos vicinos. Atque circa hæc tempora a Wicmanno occupata videtur, auxilia ferente Vrso, gratum referente, ac permitte, eo quod Wicmanni auxiliis occuparat, Brandenburgum. Pater Weneri monasterium Mariæ vallense prope Helmstadium condidit, ut preces monachorum filii Weneri prodesse saluti, quod Albertus Vrsus a. MCLX confirmavit, Knauthius Antiqv. Ballenst. L. II. c. 29. §. 16. Si Leutingerus sententiæ suæ rationem habuit, nec adversus sibi haberet antiquiores, annum liceret divinare. Accedit, quod a. MCLXIII. Vrsus evocavit Hollandos, Selandos Flandrosque, & in terris Slavorum vacuis collocavit, eoque & propter patriam urbem, ubi tractus aliquis a Flemingis hodieque retinet nomen, cujus etiam Wicmannus in literis suis, quibus immunitates civitati confirmat a se concessas, meminit. Helmoldus L. I. C. 88. toto de eo agit, & inter alia refert, quod civitates & oppida multa, usque ad saltum Bohemicum possederint Hollandi, conf. Albertus Stad. ad a. 1163. Kranzius Vandal. L. IV. c. 37. Kranzius Antiqv. Ballenst. L. II. c. 30. §. 33. Thorschmid. Antiqv. Ploz. §. 17. 18. 19. Si quis dicere, ad Burggraviatum eam pervenisse Magleburgensem, & a Slavis occupatam, postliminio fuisse vindicatam a Archiepiscopo; ei respondetur, Burggraviatus jura eo usque non pertigisse V. ill. Hornius de Burggrav. Magdeb. §. 39. 40. Thorschmid loc. cit. §. 13. Sub idem fere tempus, quo patriam urbem, cum Metropoli conjunxit Vvicmannus, vicinam etiam Dahmam permutationis titulo obtinuit ab Imperatore Friderico, quod Chronicon Montis Sereni ad annum MCI XXI refert, Leutingerus autem a. MCCCCV id demum factum esse scribit, loc. cit. 1128. Hævekerus a. MCCCCLXXXVIII. Chron. Calb. p. II. Sed illius mihi potior est auctoritas. Quia vero Vvicmannus a. MCLXXXIX. se conjunxit iterum adversariis Henrici Leonis, mirum non est, si Slavi instinctu Henrici Leonis, ut prodiderunt Arnoldus & auctor Chronici Montis Sereni, vastarunt Jutrebocum, Priestalis urbem, & provinciam Theodori, Marchionis Landeburgensis, adversarii, qui ita insensus ei fuit, ut, cum postea offensam Imperatoris incurrisset Leo, eique dies dicta esset Magleburgi,

ejus

ejas vulneris magis dolore, quam lætæ majestatis nomine, ab Im-  
 peratore pugnam singularem cum eo expetierit, quod prodidit  
 Arnoldus Lubecensis, Chron. Slav. L. II. c. 24. Peccensteynius  
 hoc tribuit Ludovico III. Ludovici Saltatoris filio, VVittikind.  
 famil. prosap. p. 46. Majorem vero fidem meretur Arnoldus, Scri-  
 ptor coævus. Et si Marchiones Brandenburgenses aulam transtule-  
 runt Landsbergium, dictique sunt Marchiones Landsbergenses, &  
 Albertus Vrfas istum sumpsit titulum, qui ad Caroli IV. ætatem  
 duraverit, ut scribit Leutingerus p. 1124. causa in promptu est, cur  
 Theodorici terræ fuerint vastatæ. Sed mitto hæc; fortasse mo-  
 numentum aliquod inter asæ e tenebris eruitur, quod rei patriæ  
 lucem afferre queat. Illud modo adhuc, addo, quod Andreas Steer,  
 generalis commissarius Hospitalium ordinis. a. MDXIII. in Juter-  
 bugh Societati S. Spiritus plurima Pontificum privilegia & indul-  
 gentias, inter quæ sunt Ottonis, Archiepiscopi Magdeburgensis,  
 cujus literas in tabulario patriæ asservati testis est Hechtius, de  
 Jutrob. §. XXI. confirmavit, cujus literæ eo nomine concessæ le-  
 guntur in Collectione Novantiqv. a. MDCCX. p. 835. Ibidem Al-  
 bertus, Archiepiscopus Magdeburgensis, Ecclesiæ Luccaviensi a.  
 MCCCXC. indulgentias concessit. Vid. Collect. Novantiqv. a.  
 MDCCXIV. p. 723. ¶ Qui conventus Principum atque Theolo-  
 gorum ibi fuerint; quæ mutatio facta sit in pace VVestphalica,  
 quando cum Querfurtensi, Burgensi & Dahmensi civitatibus atque  
 Præfecturis peculiarem constituit Principatum Querfurtensem, In-  
 trum. Pac. VVestph. artic. X. §. 9. prætereo, quo de Scultetus &  
 Hechtius. Illud adhuc addo, quod non infœcunda fuerit parens  
 ingeniorum. Nota sunt nomina D. IOHANNIS DEVTSCH-  
 MANNI, Theologi de Ecclesiâ, Academia ac studiosa juventute  
 longe meritissimi, D. CHRISTIANI VATERI, Aesculapii VVit-  
 tbergensis, quod vel nominasse jam satis est laudasse. Obiit haud  
 pridem GODOFREDVS HECHTIUS, cujus ingenii monumen-  
 ta nitido sermonis genere conscripta alibi recensui, Miscell. Lips.  
 To. X. p. 255. Alios adhuc quosdam commemorabo, qui se ob-  
 tulerunt mihi. Sunt hi GALLVS Peltz, de Guterbock, Ma-  
 gister, qui fuit inte primos doctores VVittebergæ, cum Academia  
 facta est inauguratio, Svevus Acad. VVitteb. p. 2. Sennertus

H

Athen.

Athen. VVitreb. p. 40. Coævus fuit M. AMBROSIVS BERN-  
DTIVS, eloquentiæ & humaniorum literarum VVitbergæ Professor,  
Lutheri affinis, eique percharus, cujus memoriam, renovavit Hechtius,  
Miscell. Lips. Obfer. CXIX. To. V. p. 354. f. M. PAVLVS  
a RHODA, Quedlinburgensis, num Ecclesiastes in patria fuerit,  
quod scribit Dan. Cramerus Pommer. Chron. L. III. p. 52. & ex  
eo Seckendorffius, Histor. Lutheranismi L. III. p. 140. & Io. Georg.  
Bertram in Evangel. Lüneburgo p. 138. qui puriorem ibi religionem  
docuerit, non indigna res foret, quæ in tabulariis exquiratur.  
Alias scripsi, prædicasse eum fortasse puriorem ibi religionem, sed  
ad munus ecclesiastice ordinariæ haud fuisse vocatum, & forsam  
in civitate ob Albertum Archiepiscopum non admissum, etsi cives  
exorti Evangelii cupidi fuerint auditores. Num a. MDXXIII. Ste-  
tinenfibus a Luthero fuit commendatus a Rhoda, ubi multam con-  
tulit operæ, ut emendata puriorque doctrina per Pommeraniam  
reciperetur. Istud certum magis est, quod CHRISTOPHERVS  
FISCHERVS a. MDXLIV. a Luthero fuerit commendatus Præpo-  
situs, qui postea Smalcadice Pastor & Antistes, hinc a MDLXXI.  
Meinungæ Antistes Generalis, a. MDLXXIV. Cella Antistes ad-  
iunctus, a. MDLXXVII. Halberstadii ad D. Martini Pastor, & a.  
MDLXXXIII. Cella Antistes generalis fuit, variisque scriptis inclu-  
ruit. V. Relatt. innoc. a. 1715, p. 1011, f. & Collect. novant. 1728,  
p. 793. f. M. GALLVS Bimmen Medicinæ Doctor creator VVit-  
tebergæ, a. MDLXXVI. Sennertus l. c. p. 116. Paulus Faber, alu-  
mnus Scholæ Portensis, & a. MDCII. Lipsiæ Studiosus Theologiæ  
fuit, Pertuchius Chron. Portens. L. II. c. 12. p. 243. Balthasar Hen-  
ckelius a. MDCXV. & Tobias Marvius a. MDCXXX. Doctores Ju-  
ris sunt creati, Sennertus l. c. p. 110. M. Ambrosius Hanneman-  
nus, Poeta Laureatus & Medicinæ Candidatus, Scholæ Prorektor  
fuit, in quem Bartholomeus Bilovius, Stendal. C. P. & P. L. in  
Anagrammarum Pleiadibus, quæ prodierunt Erfordiæ, 8. p.  
48. ita lusit: Ambrosius Hannemannus, *avayc, nonne vir Musus amar-*  
*buz,* quod sequentibus illustrat verbis:

Caesariam docto meruisti carmine laurum,  
Imposita est Sophiæ deinde corona tibi.  
Nonne. vir ante velut, Musas, sacra numina amabis,  
Aonidum

Aonidum post hac te magis tirat amor.  
 Ad majora tibi calcar dabit utraque Iatrus,  
 Perge Machaonia nomen ab arte ferens.  
 Ioannes Aibnus, ante Cantor apud Austro Magdeburgenses, obiit  
 in coenobio Bergensi conventualis, a. 1625. Sim. Fr. Habnuius,  
 Chron. Montis Bergens. p. 43. Jacobus Morgenstern a. MDCXXXIX.  
 Scholæ Dresdenis Regens & collaborator fuit. Johannes Pere-  
 grinus, cujus extat dissertatio: an Spiritus S. sit persona per se  
 subsistens, eoque distincta; & an æque ut Pater & Filius vere & es-  
 sentialiter Deus; cujus pars affirmativa non tantum ex fundamento  
 sacrarum literarum demonstratur & defenditur, verum etiam exa-  
 minatur & refutatur negativa Arianorum novorum, qui seipsos  
 appellari patiuntur Photinianos, Witteb. 1612. 4. Has & alios com-  
 plures fortasse collegit vir clarissimus, M. GODOFREDVS VVA-  
 GENERVS, ordinis Philosophici in Academia Wittebergensi Ad-  
 junctus, & Lycei ibidem Professor meritisissimus, alios commemorat  
 Vilelmum Accium, Rectorem Gubenensem, præstantissimum Poe-  
 tam, variaque adhuc edidit nitide tersesque conscripta ingenii mo-  
 numenta. Is, si alius, & hoc in genere bene mereri de patria po-  
 test. Hæc VIR CONSULTISSIME, de urbe patria brevibus co-  
 mentari volui, TIBIque inscribere, eum patriæ sis amantissimus, Tua-  
 que & Majorum Tuprum præter ceteros præclara in eam merita & an-  
 nales loquantur, & ætas hodierna concelebrat. Adsit curis Tuis numi-  
 ne suo benignissimus stator rerum publicarum Deus, ut sub Pri-  
 cipe Clementissimo ac Domino, DOMINO CHRISTIANO, Du-  
 ce Saxonie, Iulie, Chviæ ac Montium, reliqua, pacate conquiescat,  
 magisque efflorescat. Servet TE præpotens ac immortalis Deus  
 patriæ, Tuæque nobilissimæ familiæ quam longissime, rebusque o-  
 pratis florentem cumulate præstet. Quedlinburgi, Idib. Dec.  
 cio dccxxx.

**M. PAVLI IACOBI ECKHARDI** Ordo Consulum Jutrebocensium cum nonnullis sub iis gestis.

Ordo Consulum cum nonnullis sub iis Jutreboci gestis, cum  
 Nobilissimus, Consultissimus Amplissimusque Vir, Dominus GE-  
 ORGIUS CAROLVS LOSSIVS, Civitatis Jutrebocensis Consul  
 H 2 atque

arque Syndicus longe meritissimus Fases Consulares Anno  
MDCCXXXII. d. XXVI. Maji, Domino Collegæ ad annum trade-  
ret, succincte breviterque recensitus, quod exantlatum manus, re-  
cuperatamque valetudinem Socero suo maxime honorando inter-  
fissime gratulatur Gener deditissimus, M. PAULUS JACOBVS  
ECKHARDVS, ad D. Nicolai Diaconus, & ad D. Jacobi Pastor  
in patria.

Digne Vir auspiciis & faustis undique fati!

Quem quicumque labor durus cum munere prensat,  
Det Deus æternus Tibi duplo tempore vite,  
Conglomeretque diu languentes robore vires,  
Quas onus & morbus, mala confansere molesta,  
Numine dante, tuum studium superavit utrumque;  
Granulor insignem fortunam pectore lato.

Fases, quos tradis, Dominus Collega capefeit.

Et focis curis casus partesque levantur.

Est locus antiquo, quam nostro clarior ævo,

Qui nobis Patriæ *Jury-boci* nomine venit.

Consulibusque suis certo gavissus ab illo

Tempore, quo *Flandris* *Wicmannus* tradidit urbem;

Constituitque viis peregrinis, civica jura, a)

De quibus occultis hæc nostra recentior ætas

Pauca potest tantum busti fragmenta referre, b)

Cætera tempus edax rerum conclusit abyssis.

Æterno, nec multa diu sperata redibunt.

Hinc animus cupidus contentus cogitur esse;

Si modo cunctarum gestarum frustula rerum

Acci-

- a) Paria cum Magdeburgensibus jura Jurebecum habuit, testante privilegio an-  
ni 1174. Et quamvis diu post oimium 1395, in literis bullatis Papæ Bonifa-  
ci IX, Consulum Jurebecensium mentio fiat, dabinandam tamen non est,  
quin *Wicmannus* eos constituit.
- b) Ao. 1394. Consulares fuerunt: *Jurge Engel*, *Koppe Rode*, *Peter Ramer*, *Lau-  
rent*, *Kunicken*, *Fricke Zoden*, *Jac. Felgedieve*. Ao. 1397. *Clavvus Kock*, *Clas-  
vius Felgedieve*, *Laurent*, *Kunicken*, *Hans Holland*, *Hans Smir*, *Jac. Kruger*.  
Ao. 1399. *Jurge Engel*, *Hene Monych*, *Hans Britzmann*, *Hans Rike*, *Claus Gro-  
te*, *Hans Schroeder*. Ao. 1470. *Koerbiz* & *Jacob Paul*. Ao. 1483. *Andr. Lubz*.  
*Niendorffius* & *Wilmersdorffius* Consules Jurebeci erant.

Accipit, atque levi quicquam cognoscit in umbra;

Vix obscura legi veterum vestigia possunt,

Donec ab ætheriis tectis lux alma refulsit;

Notior est factus suppressus publicus ordo.

Hinc Benedictus erit primus cognomine *Froedmann*,

Incipit hic numerum nostrorum Consul in urbe,

Quique repurgatis sacris duo secula clavum

Cesserunt varie per tot discrimina rerum,

*Augustus* ei conjunctus *Berndtor*, atque

*Hannanus*, qui tres fucum videre nefandum

Tecellii, exoritur mox hæc conversia magna,

Præ diris Millis resonant hic verba salutis:

Tunc Brandenburgi captivos Marchio duxit

Præcones nostros, confurgunt inde tumultus. c)

At nova progenies cogit migrare priores,

Succedunt alii, quorum sunt nomina *Grosse*,

*Kroppius* & frater, qui res rexere per annos,

Cum caperent urbis verbum purum omnia templa;

Et Statuum celebris fieret Conventus ibidem,

In quo consilium est initum cum Cæsaris ira,

Exciditque minans tibi, Parthenopyrga, eruentum. d)

His ita transactis, iterum comitia fiunt,

Et res valuantur magnæ pro pace tuenda,

Lothque magistratum, *Werbig Kittel*que gerebant. e)

H 3

Sed

c) Sub horum triumviratu, qui duravit ab anno 1509. ad annum usque 1536. Fezel 1517. hic indulgentias exposuit, quem Ao. 1520. secutus est Paulus a Rhoda, & Jutreboci Evangelium prædicavit, & deinde ejectus, in pagò vitino, Oena dicto, id tamisper egit. Ao. 1528. Marchio Brandenburgicus concionatores Jutrebocenses, dolo abduxit, hinc plebis contra Magistratum oppidanum factus est tumultus, & senatores coacti sunt, repetere sacerdotes.

d) Mârch. Grosse, utroque Kroppio, Vibano & Wolffango, Consulibus, Ao. 1540. Papatu omnibus templis hic ejectus, contra undique Evangelium introductum fuit. Ao. 1549. d. 31. Aug. primus Conventus ad utriusque Circuli superioris & inferioris Saxonie Statuum Deputatis Jutreboci est habitus, in quo Cæsar Magdeburgum inobedientie coarguit, & executionem contra dictam Civitatem urfit.

e) Io. Werbig, Io. Kittel, Laurent, Loth Consules erant ab Ao. 1550. usque ad

Sed breve post tempus mutata theatra videntur,  
 Sunt *Jungermannus, Mullerus, Grossius* alter  
 Hoc inter cives prædicto munere functi,  
 De rebus sacris agitur pariterque profanis. f)  
 Dum nihil est constans, nec res durabilis unquam,  
*Emmius & Scheinerus* idem *Loebusque* secundus  
 Et *Rutorff* fiant, quod Patres ante fuere,  
 Tempore eo multum Statuum crevere recessus. g)  
 Sors sequitur fortem, succedere cuncta jubentur,  
 Eligitur Consul *Grabitz*, ejusque sodales,  
*Lange, Gerick, Moeritz, Cuno, Dalchowius, Emmen,*  
 Coeribus ex aliis quoque tunc illustribus habetur. h)  
 Post hæc pax terris valedicit, & omne tristi  
 Proruit immensum bellum cum turbine diro,  
 Annos triginta tempus consumitur armis.

Omnia

Annum 1560. quo tempore, Ao. 1554. d. 19. Aug. secundus *Conventus Jutreboci* celebratus est, in quo *Casar* auxilium contra *Albertum Marchionem* *Brandenb.* requirit.

- f) Sub *Consulatu Barthol. Grossii, Amand, Iungermanni & Andr. Mulleri* *Visitatione Ecclesiarum* in his terris 1562 & 1563. instituta est, & tertius *actus Jutreboci* *Conventus* Ao. 1564. d. 13. Jul. V. *Ahasv, Fritsch, Paratit, Recess*, p. 9.
- g) M, *Georg. Scheinero, M. Joach. Lotho, Petr. Emmio & Wolffg. Rüttorffio* *clarum reipublicæ tenentibus, Status Circuli superioris Saxonie sæpe Jutreboci* *congregati* sunt, habitique *Conventus*, nempe *quartus* in ordine Ao. 1570. d. 6. Apr. *Quintus* Ao. 1577. d. 23. Mart. *Sextus* Ao. 1592. *Septimus* Ao. 1599. d. 17. Mart. *Octavus* eod. Ao. d. 24. lun. *Nonus* Ao. 1601. d. 24. Apr. in quibus de novo ordine equestri, motu *Juliacensi*, iure monetandi, *erario Circuli* & aliis arduis rebus deliberatum fuit.
- h) *Christoph. Gröbitz, Mart. Cuno, Casp. Lange, Gabr. Emmen Wilh. Gericke, Andr. Dalchio, Jac. Moeritz* munere consulari perfuncti sunt, cum *Jutreboci* *agerentur* *Conventus* sequentes: *Decimus* scil. Ao. 1602. d. 23. Apr. *Vndecimus* Ao. 1603. d. 12. Apr. *Duodecimus* Ao. 1606. d. 7. Aug. *Decimustertius* A. 1623. d. 20. Ap. *Decimus quartus* A. 1624. d. 7. Aug. Præter hos coetus maxime illustribus fuit congregatio *Principum*, quæ *Jutreboci* propter pacificationem *Juliacensem* Ao. 1611. instituta est. Aderant enim *Christianus II. Elect. Sax. Io. Sifmundus, Brandenburg. Io. Georgius, Dux Sax. Christ. Wilhelmus, Administrator Magd. Io. Calimicus & Io. Ernestus jun. Duces Sax. Christianus & Joach. Ernestus, Marchiones Brandenb. Mauritius Ludouicus & Fridericus, Landgravii Hassiæ, Christianus Dux Anhaltinus.*



Omnia miscetur, fargit consilio summa,  
 Nostrates cunctos pellunt milesque famesque,  
 Nascitur horribilis facies, regione relicta:  
*Vrbs tamen Auroræ regimen non perdidit omne,*  
*Quod Redsløb, Scharno, Nattheyde, Gerickus, Emmen*  
 Per tot fatorum gesserunt horrida monstra. i)  
 Tempora mutantur bellumque fugatur in orbem,  
 Pax per amoena placet, tandemque redire vocatur,  
 Esse simul fortuna iubet felicia vota.  
 Numinis auspicio factus *novus* inde *Ducatus*  
 Sub *Saxo-Querfurtensis* mox nomine notus,  
 Inque suo gremio complectitur oppida multa,  
 Inter quæ vix ulla potest antiquior esse  
 Vrbs præfens, quam nominibus signata Deorum.  
 Gentibus *Auroræ* cultus primo fuit ævo:  
 Sic, Iutreboga, tibi grandis conceditur ætas!  
 Consulis ipsa tui Sculteti oratio laudat  
 Id, votumque pium pro *Augusto Principe* libat,  
 Cum fasti referant Vrbs vixisse *regentes*  
 Qui sunt cum dicto *Sculteto*, *Clarus Alandus*  
*Strauß, Kloss, Graveli* duo *Prager* denique *Flemming.* k)  
 Munus idem, *Dilecte Socr,* Tibi venit ab annis  
 Jam longis, hodieque tua stant moenia cura,  
 Et quicumque suum jus obtinet incola civis,  
 Curia consiliis præclaris semper abundat,  
 Quisque Tibi debet cuncta ditione salutem,  
 Mitaque cogor adhuc memoranda siere modeste,

Ne:

- i) M. Io. Redsløb, M. Balth. Scharno, Zach. Nattheyde, Tob. Gericken & Balth. Emmen, Consules Iutreboci vixere tempore belli tricenalis, quarum nonnulli per ignem saltare sunt coacti.  
 k) L. Georg. Aland, L. Ioh. Frid. Scholtze, Christ. Strauß, L. Christ. ph. Gravel, David Kloss, Jac. Gravel, Gottfr. Prager, Ioh. Flemming publicis curis invigilarunt, postquam Iutrebocum pervenit ad novum Ducatum Saxo-Querfurtensem, quem *Augusto, Administratori* Magd. Anno 1665. nomine civitatis Iutrebocensis L. Io. Frid. Schultze, Consul, deâ quadam oratione indignitè gratularus est.

Ne scripsisse puter plus, quam tua facta loquuntur.  
 Mens erat hæc tantum, dum *fastes* tradere tentas  
*Collegæ digno*, frueris quoque corpore sano,  
 Gratarum, iustasque Deo persolvere grates  
 Pro magnis his ac insignibus emolumentis,  
 Cujus & auxilio felicia cuncta futura  
 Succedant, & sis validus longæque superstes!

## Epistola

M. T. ECKHARDI,

Ill. Quæd. Rest.

*Perrevere de Clarissimeque Vir, Patruelis officiose colende.*

**L**onge mihi gratissimum fuit recognoscere, in antiquitatibus patriæ er-  
 endis operam TE collocare. A Slavis in secula quondam ea fuit, quæ  
 per Germaniam late gens diffusa omnium diutissime profane paga-  
 næque ad hæsit superstitioni. Carolus M. per annos triginta cum Saxo-  
 nibus, quod ageret habebat, ut ad christianam eos perduceret mansuetudi-  
 nem. Successores vero intestinis collidebantur dissidiis, viribusque exhausti  
 ne Germaniam quidem satis ab hostibus, Normannis, Hungaris aliisque  
 defendere poterant, ut de Slavorum conversione cogitare non liceret. Sa-  
 xonibus Augustis atque Ducibus hæc relicta erat cura gloriaque, ut chri-  
 stianam religionem inter Slavos Venedosque multum propagarent. Hen-  
 ricus Aucespines Germaniam firmavit adversus Slavos, cum Marchias  
 instituit. Otto M. autem ad exemplum Caroli M. aliquod eo consilio fun-  
 davit Episcopatus, ut Venedi ad fidem christianam perducerentur. Fel-  
 citate quoque rem istam promovere, ita, ut, auctore Adamo Bremensi, ex  
 pagis XXII. vix tres essent christiane fidei non additi. Sed uti pertinax  
 in superstitione hæc erat natio; sic postea plerique ad pristinam redierunt  
 profanitatem. Henricus Leo & Albertus Vrsus nonnullique Episcopi, &  
 in his VVigmannus, Præsul Magdeburgensis, operam in eo posuerunt  
 ut paganam tollerent superstitionem. Vel ipsum patriæ nomen Jürebog,  
 superstitionem, quæ ibi fuerit Soraborum, loquitur. Latius hæc occasio-  
 ne excurrens, variaque Slavorum idola, variamque superstitionis rationem

ex residuis nominibus detexisti. Nihil quidem hoc ad melioris consequen-  
 dae vite possessionem faciunt; quod non neminem dicere aliquando meminisse  
 licet tamen hinc cognoscamus miseram illorum, felicemque nostram condi-  
 tionem, eoque nomine Numinis beneficium grato predicare animo. Matris  
 hoc propositio, & perge vel sic etiam de patria bene mereri. Juvabit bo-  
 ras, quae a sacri muneris cura & administratione debita sum vacuae ad  
 hoc genus studii colendum sumere, quam otio aliisque rebus transigere, qui-  
 bus nihil ad communem fructum, vel in aspectum lucemque licet afferre.  
 Vel eo etiam nomine bene de re literaria mereris, cum Abbatis Zin-  
 nenasis, Annales & M. Andreae Angeli Chronicon e MSS dare foras  
 constituisti. Illi enim, ut ex initio illorum perspexi, Martiones Branden-  
 burgenfes edisserunt, & quaedam suggerunt non ubi vis obvia. Sed & re-  
 liqua, separatum jam edita suum quodque momentum ad historiam patriae  
 illustrandam conferent, multaque alia, prout occasio tulit, suggerunt. Vale.

## EPILOGVS AVCTORIS.

Præstans has tibi collegit laudes, JVTREBOCVM  
 Civis Præco tuus ductus amore tui.  
 Qui quondam doctæ de te scripsere, fuerunt,  
 Omnia conjunctim frustula sisto tibi.  
 Fata quidem referunt nonnulla, at plura supersunt,  
 Quæ tui secula retro facta fuisse latent.  
 Præcis Semnonibus celebris tua fertur origo,  
 De quorum gestis tempora nostra silent.  
 Succedunt Slavi, gens barbara fluminis instar,  
 Et capiunt armis vique negata loca;  
 Attamen antiquum retinent nomenque deorsus,  
 Atque urbem solis se salutare volunt.  
 Hinc sequitur, quod tunc fueris latissima sedes  
 Slavorum, qui post te tenuere diu.  
 Quam florens fueris, nostro vix creditur ævo,  
 Quod monumenta tibi conciliare queant,  
 Cumque tuis pagis Provincia diceris ampla,

I

Wich:

\* Conringius in Dissert. de Urbibus Germaniæ §. XXIX. Slavos, inquit, *Venedos-*  
*que* in extruendis urbibus felices finitæ ut plerumque civitates magnas florant,  
 tesque habereant,

Wichmannus victor te ipso vocante ita,  
 Fu statur in terris his terque quaterque beatus,  
 Agris cum Flander coepit arare suos;  
 Plantantur vites, silvestria rura coluntur,  
 Wendorum sensum deficiente modo,  
 Accrescunt Batavi coquiur cerevisia multa,  
 Invenit empior amans, quicquid habere cupit:  
 Incola dives opam variarum tarribus ornat  
 Et templis urbem; Slavica testa cadunt.  
 Thesauros magnos cives corraderere possunt,  
 Et minimo praebent aurea secla bona.  
 O per quam multum status est mutatus ab illis  
 Temporibus priscis: pauper ubique jacet:  
 Factus inopi civis; commercia cuncta quiescunt,  
 Invidia premitur patria nostra male.  
 Marchia nunc gemitus nostratibus exprimit alios,  
 Omnique invigilant fata superba modo:  
 Nam cives nostri non debent vendere merces,  
 Ni cuncti solvant magna tributa prius.  
 Hinc sit debilior praesens conditio rerum,  
 Omnia quotidie in deteriora ruunt.  
 Unum solamen superest, dum bella geruntur  
 Nunc, & ubique fere sanguine terra madet:  
 CHRISTIANVS Princeps Quam Clementissimus almam  
 Conservat pacem, neque tectur ea.  
 Vive PATER PATRIAE complures sospes in annos,  
 Corde TIBI sacro prospera cuncta precor!  
 Et IECUM Princeps Heroique IOHANNIS ADOLPHVS  
 Vivat! Saxonie maximus Hektor is est.  
 Omnipotens Numen supplicat tibi nuncupato,  
 Aspice suppresso, ac miserere loci!  
 Civibus exortens nostris aurora serena  
 Sit, felixque omni rore cadente dies.  
 Munere divino floreſce iterum JVTREBOCVM,  
 Et tua posteritas sit benedicta diu!

FINIS.


 ( O )
 

Wittenberg, Diss., 1707


Wittenberg, Diss., 1707



f  
g.

v D 78







V. 66. n. 2

11

Q. D. B. V.  
Rectore Academia Vitembergensis  
Magnificentissimo  
Serenissimo Principe Regio ac Domino  
DOMINO

FRIDERICO AVGVSTO  
Electatus Saxonici Herede &c. &c. &c.  
**RES MEMORABILES**

1807  
7a

Perantiquæ Saxonum urbis  
JVTREBOCI  
P R A E S I D E  
CONR. SAM. SCHVRTZFLEISCHIO

P. P. & H. T. O. d. Phil. Decano  
Disputatione historica recenset  
Auctor & Respondens  
M. GOTHOFREDVS HECHTIVS, Jutrebocensis,  
xvi. Kal. Majas A. O. R. cmlxxvii.

In Auditorio Majori  
H. L. Q. C.  
Vitembergæ Saxon. Literis HAKIANIS.

VITTEMBERGÆ  
EX OFFICINA SCHLOMACHIANA. 1735.

Δ